



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Tilman||ni Smelingi Segeber=||gensis de VII.
Sacramentis Liber I. in || VII. capita iuxta numerum
sacramen||torum digestus, quorum assertionem,||
defensionemq[ue] aduersus hæreticos con||tinet, ...**

Smelingus, Tilmannus

Coloniæ, 1538

VD16 S 6802

De Sacramento poenitentiae. Capvt IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30214

quatur, manet tamē in illis ordinatis, sacramē-
tum ordinationis, & si aliqua culpa ab officio
quisquam remoueat, sacramento domini se-
mel imposito non carebit, quamuis ad iudici-
um permanente.

DE SACRAMENTO

pœnitentiæ.

CAPVT

IIII.



Ostordinis sacramentum deinceps
de sacramento pœnitentiæ tracta-
bimus, eo potissimum nomine, q̃
pœnitentem a peccatis absolvere
nequeat, qui ordinis sacramentū
non acceperit, nec q̃squam digne eucharistiam
possit vel conficere vel sumere, nisi ante verę
pœnitentiæ lachrymis criminum suorū sordes
abluerit. Propterea iusto ordine priusquam ad
eucharistiæ sacramentum veniamus, de pœni-
tentia agere, certum est. Sumitur autem pœni-
tentia quatuor modis. Primo, vt est habitus q̃-
dam hominem inclinans ad pœnitendum, &
quodāmodo ad hoc ipsum reddens idoneum &
aptum. Hoc modo pœnitentia virtus est, in vo-
luntate hominis cōsistens, facitq̃ pœnitentem
dolere de peccatis præteritis, sicut recta ratio
postulat. Et definitur ab Augustino sic: Pœnitē-
tia est quædam dolentis vindicta, semper puni-
ens in se, quod se commisisse dolet. Et hæc pœ-
nitentia, quam virtutem diximus, necessario
vel præcedit vel concomitatur pœnitentiæ sa-
cramentum, ita quod ijs, qui iam maturiores

Actu. 2 .

August. li.
de pœni.

Gregorius.

Matt. 3 .

Lucæ. 3 .

Matr. 11.

Lucæ. 12.

Matt. 12.

annos attigerint, & ad fidē cōuersi fuerint, ante baptismi gratiā, sit prorsus necessaria. Vnde Petrus quibusdam Iudæis ad prædicationē suam credentibus, dixit: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu. Et August. Omnis qui iam suæ voluntatis arbiter constitutus est, quū accedit ad sacramentū fidelium, nisi cū pœniteat veteris vitæ, nouā non potest inchoare. Ab hac pœnitentia soli paruuli, quū baptizantur, immunes sunt, quia per ætatem nondū possunt vti libero voluntatis arbitrio. Et iuxta hāc intelligentiā, tā sacræ literæ q̄ orthodoxi patres frequenter loquūtur de pœnitētia. Alio modo accipitur pœnitentia pro actu pœnitentis. Et hoc mō de scribite eā Grego. dicens: Pœnitentia est mala p̄terita plangere, & plangenda iterū non cōmittere. Sic turbas hortatus est dñi p̄cursor Iohan. baptista ad pœnitētiā, dicens: Facite dignos fructus pœnitētiæ. Et saluator noster exprobrauit ciuitatib. in qbus pluriās fecerat virtutes, quod pœnitentiā non egissent, dicens: Vē tibi Chorozaïm, vā tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilitio & cinere pœnitētiā egissent. Et iterum: Viri Niniuitæ surgēt in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et secundum hanc significatiōem pœnitentiæ, plena est scriptura, passim sic nomine pœnitentiæ vtens. Tercio pœnitētia sumitur vt est dolor qdā sensibilis ob cōmissa peccata, ex pœnitētia, quā virtutem diximus,

proueniens. Nam poenitentia virtus interdum
p̄uenit ac p̄cedit actū poenitentis, & reddit
ipsum perfectiorē, interdum subsequitur perin-
de atq̄ effectus causam suam, & indicat ceu si-
gnum, ipsius actus perfectionem. Et hoc modo
nihil aliud est, q̄ passio aut motus quidā appeti-
tus sensitiui, ex quo proficiscuntur lachryma-
rum fontes, gemitus, cordis compunctio, & si-
quæ sunt eius generis alia. Talis forte fuit Ma-
gdalenæ poenitentia, & Petri, & multorū san-
ctorū qui poenituerūt. Quarto accipitur poeni-
tentia, vt est remedium quoddam visibile, in-
stitutum a deo contra peccati mortalis macu-
lam, quod per ministerium sacerdotis poeniten-
ti tribuitur. Et iuxta hanc acceptionem, poeni-
tētia sacramentū esse dicitur: Peccator enim
agnoscens peccata sua, q̄ sunt huius sacramē-
ti materia, & aperiens ea per confessionem sa-
cerdoti, ostendit ipso facto se toto corde pct̄m
detestari, & sacerdos absoluēs, dei minister est
peccata remittentis. Et seruator noster in exor-
dio suæ p̄dicationis p̄cepit non solū vt corde
poeniteamus, sed etiā vt poenitentiam totis
virib. agamus. Poenitētiā, inquit, agite, appro-
pinquabit em̄ regnū coeloz, vbi & certos quos-
dam actuum modos ostendit, quos exigit sa-
cramentum poenitentiae.

¶ Ministros etiā huius sacramenti, & illorū
officiū determinauit & instituit, qñ Petro
dixit: Tibi dabo clauēs regni coelorum. Et
quodcunque ligaueris super terram, erit ligatū
& in coelis, & quodcunque solueris super terrā
erit solutū & in coelis, Et itez: Quorū remise-

Lucæ. 7.

Matt. 16

Matt. 3. &

4.

Matt. 16.

ritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Præterea docuit sacramentum istud vim suam & efficaciam remittendi peccata habere ex passione & resurrectione sua, dicens: Nonne sic oportuit CHRISTVM pati & resurgere a mortuis tertia die, & prædicare poenitentiam in nomine eius & remissionem peccatorum in omnes gentes? Constat ergo poenitentiam nouæ legis esse sacramentum, a passione CHRISTI profluens, quo virtute clauium spiritualium, remittuntur peccata. Tale sacramentum, neque tempore legis naturæ, neque legis Mosaicæ institutum fuit, Christo nondum passio. Non tamen est, quod quis credat deum vnquam adeo fuisse crudelem, vt hominem absque remedio reliquerit salutis. Nam ex fide Christi venturi & passuri implicita vel explicita, antiqui patres, per actus etiam externos poenitentiae virtutis, remissionem consecuti sunt peccatorum.

Cyprianus
Serm. de
pass. Chri.

¶ Poenitentia nouæ legis sacramentum, tribus constat partibus, contritione, confessione, satisfactione. Poenitentia sacramentum esse, modo dictum est. Quod tamen rursum tuebor autoritate Cypriani martyris, qui non tantum dicit poenitentiam sacramentum esse, sed etiam virtutem suam ex morte Christi accepisse, apertissime pronunciat, quum dicit: De latere tuo fons egreditur in vitam æternam profiliens, & de eadem consubstantialique origine diuisis limitibus, aqua & sanguis emanant ad complementum, perfectionemque totius iustitiæ, sacramenta in

perpetuum duratura, & fontis illius vbertas
perenni lapsu vniuersam ecclesiam irrigat &
fœcundat. Ex hoc fonte non tantum ablutiōis
primæ qua inſtituantur accedentes ad Christum
vndas haurimus: sed & compunctionum & la-
chrymarum perennes effluunt riui, & mise-
ricordiarum iuauitas, & totius pietatis affe-
ctus emanat. Hic aperte Cyprianus pœniten-
tiam & sacramentum, & ex CHRISTI
latere, hoc est, passione, promanasse, affirmat.
Quod autem pœnitentia tribus constituatur
partibus modo commemoratis, facile compro-
bamus autoritate Chrysostomi dicentis: Per-
fecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libe-
ter sufferre. In corde eius contritio, in ore con-
fessio, in opere tota humilitas satisfactionis vi-
delicet. Hæc est salutifera pœnitentia. Huic
sententiæ totius ecclesiæ fides cōsentanea est, &
vetusta populi Christiani consuetudo, commu-
nisque patrum orthodoxorum consensus. Sed de
pœnitentiæ partibus singulatim, postea fusi-
us dicemus.

¶ Hic hæretici more suo in re admodum sa-
era rursus nugantur ineptissime, & solitam
cātilenam nobis occinunt, dicentes, tres istas
pœnitentiæ partes neutiquam inueniri in sacris
litteris, aut antiquis ecclesiæ doctoribus, & id
circo minime recipiendas. Nos eiusmodi nu-
gis, quas buccis crepantibus effutiunt, & quibus
conatur simplicibus pulueres ob oculos offunde-
re, non semel respondimus, docuimusque eam
colligendi formam prorsus esse inanem, ne di-

eam ridiculam: Non legitur, vel nō est scriptū
 Iohan. 27. proinde non est. Multa enim vel Iohanne teste
 Christus & docuit & fecit in conspectu disci-
 pulorum suorū, quæ non sunt scripta in libro
 2. Thess. 4. hoc. Et Paulus ait: Itaque fratres state & tene-
 te traditiones, quas didicistis, siue per sermonē
 siue per epistolam nostram. Sed verba, inqui-
 unt, ista, contritio, confessio, satisfactio nusquā
 leguntur in sacris scripturis. Hoc mucrone eti-
 am purgatorium & pleraq; alia confodere mo-
 liuntur, quæ recepit ecclesia catholica: sicut &
 ipsum nomen transsubstantiationis in sacra-
 mento altaris: Non legitur, inquit, & ergo mi-
 nime recipiendum. O rationem fortem. Quasi
 vero satis non esset, ipsam rem per nomē signi-
 ficatā, in sacris literis inueniri. Quis em̄ tā cæ-
 cus est qui nō perspiciat stultā eē disputationē
 de nomine, vbi de re constat? Demosthenes cla-
 rissimus oratorum cui verborū tanta cura fuit,
 quanta rerum autoribus nostris, quū tamen ei
 nonnullā locutionis insolentiam obiecisset Ae-
 schines, negauit ille in ea positas esse fortunas
 Græciæ, illo ne an illo verbo v̄sus fuerit, & an
 huc an illuc, manum porrexerit. Et Augustinus
 li. 2. cōtra Cresconio calumnianti q̄ imperitius Donati
 Cres. grā. 4. sectatores, Donatistas appellasset, quum poti-
 us Cresconij sententia Donatiani essent nū-
 cupandi, in hunc modum respondit: Quum de
 re constat, non est de nomine laborādum. Ideo
 nō curo utrū Donatistæ an Donatiani peritius
 August. 8. & literatius declinemini. Et rursus in Ioha.
 ca. 16. tras exponens illud Apostoli, prophanas verborū
 et. 97

nouitates deuota. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit, sic dicit: Non ait Apostolus verborum nouitates, sed addidit prophanas. Sunt enim & doctrinae religionis congruentes verborum nouitates, sicut ipsum nomen Christianorum quando dici coeperat, sicut scriptum est. In Antiochia enim primum post ascensionem domini appellati sunt discipuli Christiani, sicut legitur in actibus apostolorum, & xenodochia & monasteria postea sunt appellata nouis nominibus. Restamen ipsae & ante nomina sua erant, & religionis veritate firmantur, quae etiam contra improbos defenduntur. Aduersus impietatem quoque Arrianorum haereticorum nouum nomen patres homousion condiderunt, sed non rem nouam tali nomine signauerunt. Hoc enim vocatur homousion, quod est, ego & pater vnum sumus, vnius videlicet eiusdemque substantiae.

1. Tim. 6.

2. Tim. 2.

Actu. 17.

Christia.

xenodo.

Monaste.

¶ Et quia Lutherus vbique sui similis est, & in omni fere sacramento eandem istam cantilenam cantat, ne idem saepe cuculi more repetamus, lubet hoc loco adijcere ea quae Arrio respondit Athanasius: Siquidem Arrius offensus nouitate vocabuli homousion, quia in scripturis vox ista non inuenitur, obiecit Athanasio APOSTOLVM dicentem: Prophanas vocum nouitates deuota. Cui respondit ATHANASIVS: Antiqua res, nomen nouum accepit: non vocabulo nouo, nouae rei virtus accessit. Quia eccle-

1. Tim. 6.

fiastica semper moris est disciplina, si quando hæreticorum noua doctrina exurgit, contra insolentes quæstionum nouitates, rebus immutabiliter permanentibus, nominum vocabula immutare, & significantius rerum naturas exprimere, quæ tamen existentium causarum virtutibus congruant, & quæ magis easdem antiquitus fuisse demonstrent, non ortus nouitatem mensurent. Et ut quod dico planius fiat, utar exemplo, Christianæ religionis initio, omnes qui credebant domino nostro Iesu Christo, non Christiani, sed discipuli tantummodo nominabantur. Et quia multi nouorum dogmatum auctores extiterant doctrinæ obuiantes apostolicæ, omnes sectatores suos discipulos nominabant, nec erat vlla nominis discretio inter veros falsosque discipulos, siue qui Christi, siue qui Dositæ, siue Theodæ, siue Iudæ cuiusdam, siue etiam Iohannis sectatores, qui se quasi Christi ecclesiæ fatebantur, vno discipulorum nomine censerentur. Tunc apostoli conuenientes Antiochiam, sicut eorum (Luca narrante) testantur acta, omnes discipulos nouo nomine, i. Christianos appellant, discernentes a communi falsorum discipulorum vocabulo, & ut diuini per Esaiam oraculi sermo impleretur, quo ait: Seruientibus vero mihi vocabitur nomen nouum. Hanc ergo ab apostolis traditam, nouam veteri nominibus formam ecclesia tenens, contra diuersos hereticos, ut sanæ fidei ratio postulabat, diuersas edidit nominum nouitates. Denique patri nouum innascibilitatis nomen ecclesia imposuit. Quum enim Sabelliana hære

Actu. ii.

Esaiæ. 62.

sis genitum ex virgine patrem voluisset asserere, ingenitum contra hanc confitendo ecclesia tradidit patrem. Vtiq; in diuinis scripturis ingenitū nusquam legimus patrem. Potest ergo Sabellius audaciam suam in huius calūnię obuertere quæstionem, & simili, vt tu, propositionis genere vti, quo dicat: Cur diuinis scripturis sine vlllo prospectu pudoris violentiam facitis, profitendo innascibilem patrem & impassibilem patrem, quem Sabellius etiam dixit passum? Ostende mihi non ex coniecturis, non ex verisimilibus rebus, non ex ratione vicini sermonis, sed pura & nuda verborū proprietate, ostende scriptum ingenitum patrē aut filium verum deum ex deo, lumen de lumine, aut patri similem esse. Nolo mihi dicas, hoc fidei ratio poscit, ad hanc me nominis professionem scripturarum consequentia prouocat. Nolo mihi inquam, talia obtendas, quia & in me similia de homousij probatione, respuis preferentem. Aut concede mihi ex consequentibus probare homousion, id est, vnius substantiæ fidem. Exigis a me vt vnam patris & filii substantiā, id est, homousion, scriptum ostendam, ostende ergo mihi, vbi tres vsias legisti? Quū enim triousion proprie in scripturis ostenderis positum, & homousion facio cessionē. Nec hic dicas mihi: Si tres sunt pater & filius & spiritus sanctus, ergo & tres substantiæ, quia & ego simili coniectura possum veracius opinari: si vnum sunt pater & filius, quia ipse ait, ego & pater vnum sumus, quomodo non est vna substantia? Hactenus posui verba Athanasii epi-

scopi Alexandrini, quæ propterea recitavi, ne quis fidem habeat hæreticis dicentibus, nomen hoc non reperitur in sacris literis. Satis est, si res significata per nomen inveniatur, sicuti sæpe diximus. Quod vero dicunt partes istas, quas poenitentię tribuimus, in antiquis doctoribus non inueniri, falsissimum est.

Matt. 26
Luc. 7

¶ Contritionem primam poenitentię partem hoc modo catholici doctores definire solent: Contritio est dolor, quem quis sponte pro peccatis, suis assumit cum proposito confitendi & satisfaciendi. Atque hic dolor internus seu in corde conceptus nihil aliud est, quam displicentia quædam, qua quis detestatur scelus commissum, quam rursus consequitur dolor quidam sensibilis, producens nonnunquam in eo quod poenitet cordis gemitus & lachrymarum riuulos, quod videntur legimus beato Petro, Marię Magdalene, & nonnullis alijs qui poenituerunt: quævis hoc ipsum non semper contingat, etiam in ijs qui ex animo dolent veramque contritionem habent, & dignos fructus poenitentię faciunt. Talis dolor siue displicentia, qua quis dolet quantum sceleris moles exigit, maxime si charitas adsit, vocatur contritio: sin autem, attritio dicitur, hoc est, tepidus ac remissus dolor, non satis vehemens pro peccati magnitudine. Et hic quidē dolor poenitenti ac veniam petenti ante sacramentalem absolutionem, necessarius est, quā sacramentalis absolutio quę fit per sacerdotem, signum sit interioris absolutionis dei peccata remittentis, quam non consequitur poeni-

cens, nisi fuerit ante contritus, vel saltem attritus: ut sic per sacramentum superueniens suppleatur, quod deest homini, & virtute sacramentalis absolutionis, ex attrito fiat contritus. Ait enim dominus per prophetam: Ad quē respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & tremementem sermones meos? Et iterum: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, Euangelizare pauperibus misit me sanare contritos corde. Et Regius propheta dicit, cor contritum & humiliatum deum nō despicere, sed sanare medicamento poenitentiae contritos corde.

Esa. vlt.

Esa. 61.

Luc. 4.

Psalm. 50.

¶ Et quamuis dominus Deus per gratiam suam sit principalis causa contritionis, cooperatur tamen ipse homo, ita quod ex parte ipsius multa sunt quæ disponunt ac faciunt ad habendam contritionem. Primo solet oriri contritio ex memoria atque amara recordatione peccatorum. Quod verum esse testatur Ezechias rex Iuda, qui quum de sua infirmitate conualuisset, dicebat: Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. Secundo ex quadam erubescencia siue pudore, qualis plerumque subsequi solet prædictam peccatorum recogitationem & turpitudinem. Apostolo teste, ubi ait: Quem ergo fructum habuistis in illis peccatis, in quibus nunc erubescitis? Tercio ex vilitate, quam peccata in homine generant. Vnde dicitur animæ peccatrici: Quam vilis facta es, nimis iterans vias tuas. Quarto ex timore extremi iudicii et

Esa. 38

Rom. 6

Hiere. 2.

- Apo. 14. intolerabilis supplicii. Hinc in Apocalypsi Io-
 Luc. 12. hannis dicitur: Timete dominum & date illi
 honorem, quia venit hora iudicii eius. Et serua-
 tor in euāgelio: Timete eum, qui postquam oc-
 ciderit, habet potestatem mittere in gehēnam.
 Ecc. 1. Hic enim timor domini expellit peccatum, &
 Prou. 15. per ipsum declinat omnis a malo. Quinto ex
 desiderio æternæ felicitatis, a qua qs timer se-
 parari. Hinc dominus per prophetam pecca-
 tori dicit: Scito & vide quia malum & ama-
 rum est, reliquisse te dominum deum tuum, &
 non esse timorem eius apud te. Sexto ex spe ve-
 niæ, quæ præseruat a desperatione. Vnde Iob
 dicebat, Etiā si me occiderit, in ipso sperabo.
 Iob. 13. Veruntamē vias meas in conspectu eius argu-
 am, & ipse erit saluator meus. Et in psalmo. In
 te domine speraui, non confundar in æternum.
 Psalm. 30. Sapiēs quoq; ait: Qui sperat in dño, saluabitur
 Prouer. 18. ¶ Nunc catalogum nāniarum aut potius
 præstigiārum recensēbimus, quibus Lutherus
 simplicibus, & alijs qui suis fauent vitijs, co-
 natur fucum facere, vt omnino vilipēdant ac
 prorsus reiiciant cōtritionem & attritionem.
 Et vt rem paucis expediam, ne quis in legendo
 bonas horas male collocet, crimina eius q̄ no-
 bis impingit, paucis diluam, & obiectiones e-
 ius ordine quodam afferam. Primo dicit omnia
 esse vana & inania, quæ extra charitatem fi-
 unt. Paulum testem citat hoc ipsum docentem
 in epistola priori ad Corinthios. Nam quæ ex-
 tra charitatē, inquit, fiunt, non fiūt ex toto cor-
 de. Quod autem ex corde non fit, iam hypocri-
 sis est, sicut dicit Christus: Cor eorum longe est

Cor. 13.

a me. Ergo contritio, quæ modis prædictis paratur, facit hypocritam, imo magis peccatorem. Hanc rationem affert in assertionibus articuloꝝ suorum. In captiuitate vero Babylo nica copiosius nugatur, & ex stultis hominibus iuxta Comici dictum, insanos facit. Primum inquit, cōtritio paratur fide promissionis & cō minationis diuinæ: quam tamen scholastici do ctōres sic docuerunt, vt eam fide promissionis priorem facerent, & longe viliorem, imo vix eius mentionē fecerunt. Deinde dicit: Peiores Niniuitis finxerunt quandā attritionē, q̄ virtu te clauium (quam ignorant) fieret contritio, eā donant impijs & incredulis, vt sic vniuersa cō tritio aboleretur. Tertio addit, q̄ imposuerint insuperabile cahos laboris hoībus, vt omnium peccatoꝝ formēt cōtritionē quā hoc sit impos sibile, & vix minorem partem peccatoꝝ scire possimus. Denique & ipsa bona opera dicit eē *Psalm. 141.* peccata, q̄ scriptura dicit: Non itres in iudici um cū seruo tuo dñe, q̄ nō iustificabitur in cō spectu tuo omnis viuens.

¶ Hæ sunt Luth. rationes q̄bus contra cō tritionem pugnat, & Andabatarū more gla diū in tenebras ventilat. Et miror quempiam vsq̄ adeo cecū & plūbeū esse, vt his ratiōibus mo ueatur aut fidem accōmodet, quā manifestā cōtineant falsitatē, & aperta mendacia nō sint digna responsione. Sed hæctēpora nobis p̄nū ntiavit Apost. dicens: Spiritus manifeste dicit, *1. Tim. 3.* q̄ in nouissimis temporibus discedent qdam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctri nis dēmonioꝝ, in hypocrisi loquētū mēdaciū. Respondebimus tamen, vt veritas magis elu-

Terent. in
Eunuch. o.

Psalm. 141.

1. Tim. 3.

cescat. Primum ergo quod dicit Paulum docuisse, omnia quæ extra charitatem fiunt, vana esse ac falsa, mea quidem sententia, etiam vigilans somniat, quum ille hoc nusquam docuerit. Nam quod ex Paulo affert, nihil eius errori patrocinator. Quid enim illic Apostolus aliud agit, q̄ vt ostendat dona spiritus sancti, siue gratias gratis datas, quas capite præcedenti enumerauerat, citra charitatem nihil esse aut prodesse ad æternam salutem cōsequendam? Nā huiusmodi dona & bonis & malis sunt communia. Sic enim ait: Si habuero prophetiā, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiā, & si habuero omnem fidē, ita vt montes trāsferram, charitatem aut non habuero, nihil sum. Quæ verba Augustinus exponens dicit: Videant a charitate separati, quam multa & quam magna nihil prosint, si vnum quiddam defuerit, & videāt quid sit ipsum vnum. Nec me in hoc audiāt, sed Apostolum. Quid ergo eis prodest, si & linguam in sacris mysterijs habeant angelicam, & prophetiam, quemadmodū Cayphas & Saul, vt aliquando prophetent, quos fuisse dānabiles, sancta scriptura testatur? Si sacramenta non tātum sciant, sed habeāt, sicut habuit Simon Magus: si fidem sicut dæmonia confessa sunt Christum (neq̄ enim non credebant quū dicerent, quid nobis & tibi fili dei? scimus qui sis) si dispertiant etiam ipsi substantiam suam pauperibus: sicut multi non solum in catholica ecclesia, sed in diuersis hæresibus faciunt, si aliqua ingruente persecutione tradant ad flammās nobiscum corpus suū pro

2. Cor. 12.
1. Cor. 13.

Aug. li. de
baptis.

Iohan. 11.
1. Reg. 19.
Actu. 8.
Matt. 8.

fide quam pariter nobiscum cōfiteatur: tñ quia separati hæc agunt, non sufferentes inuicem in dilectione, neq; studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, charitatem vtiq; nō habendo, etiā cum illis oībus, q̄ nihil eis prosunt, ad æternā salutem peruenire non possunt. Hæc tenus August. Ex his perspicuū fit baptismū fidē, prophetiā, mysterioꝝ cognitionē & cætera q̄ enumerat Apostolus, magna quidem esse dona, non vana aut falsa, sed non mediocriter vtilia, vnicuiq; enim datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Sed quando non emanant ex vena charitatis nec pullulant ex radice dilectionis, nihil esse, hoc est, nihil prodesse ad brauium æternæ beatitudinis consequendum. Sola enim charitas est quæ discernit inter filios regni dei æterni, & inter filios damnatiōis æternæ. Ipsa est vestis nuptialis, quam qui nō habet, mittitur in tenebras exteriores. De quo & August. dicit: Nullū est isto dono excellentius. Dantur & alia per spm̄ sc̄tm̄ munera, sed sine charitate nihil prosunt. Quātū ergo bonū ē, sine quo ad æternā vitā neminē tāta bona perducūt? Ipsa vero dilectio siue charitas (nā vnus rei est nomē vtrūq;) si habeat eā, q̄ nō loquitur linguis angelorū, nec habet prophetiā, nec om̄ia scit sacramēta, oēm̄q; sciētiā, nec distribuit oīa sua pauperibus, vel nō habēdo quod distribuat, vel aliq̄ necessitate prohibitus, nec tradit corpus suum vt ardeat, si talis passionis nulla tēratio est, perducit ad regnum, ita vt ipsam fidē non faciat vtilē, nisi charitas. Sine charitate qppe fides potest esse, sed non & prodesse. Propter quod & apostolus Paulus: In

1. Cor. 12. 1

Matt. 22.

Aug. li. 15.
de trini.

Gal. 5

Iaco. 2.

Aug. li. de
vnico bap-
tismoAug. tra. 5
in episto.
Iohan.

Character

Christo, inquit, Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur: sic eam discernens ab ea fide, qua & dæmones credunt & contremiscunt. Et iterum: Se nihil dixit esse Apostolus, si non habeat charitatem, non sacramenta, & scientiā, & prophetiam & fidem. Illa enim magna sunt, etiā si ille nihil sit, quia ea sine charitate haberit, & eorum veritatem in sua iniquitate tenuerit. Et alio loco: Ecce accepit sacramentum natiuitatis homo baptizatus, sacramentum habet, & magnum sacramentum, diuinum, sanctum, ineffabile, cōsydera quale, ut nouum hominem faciat dimissione omnium peccatorum. Attendat tñ in cor, si perfectum est ibi, quod factum est in corpore. Videat si habeat charitatem. Et tunc dicat: Natus sum ex deo. Si autem non habet charitatem, characterem quidem impositum habet, sed desertor vagatur. Hic aperte Augustinus pronunciat, baptismum imprimere characterē indelebilem, quod negat Lutherus. Ex his omnibus quæ ex Augustino attulimus, sequitur, dona ista gratuita nulli posse prodesse ad salutem, sine charitate. Nam quæ ea habet sine charitate, nihil est, est tamen ut Paulus dicit, sed sicut æs sonans aut cymbalū concrepans, hoc est, non est deo gratus, quia expers charitatis est. Sed ex hoc minime colligi potest, omnia opera quæ extra charitatem fiunt, nihil esse, vana ac falsa, quia adueniente charitate hæc dona non parum profunt. Nam habens charitatem si hisce spiritus sancti muneribus rite vsus fuerit in vtilitatem & ædificationem

ecclesiæ, illius opera deo sunt grata & accepta atq; cœlestis præmij meritoria. Hic Lutherus non solum Apostolo cōtraria docet, sed & sibi ipsi contrarius est. Si enim omnia quæ extra charitatem fiunt, nihil sunt, sed vana ac falsa, dicat nobis, quomodo sola fides sufficere possit ad salutem? Hoc enim in sexcentis locis tradit. Fides nāq; sine charitate, vt Augustinus ait, potest esse, sed nō prodesse. Quid hic respondebit Augustino, imo Apostolo dicenti, si habuero omnem fidem, ita vt mōtes trāsfērā, charitatem autē non habuero, nihil sum? Vbi nunc manebit & illud quod in captiuitate Babylonica dicit, nulla peccata Christianū damnare possunt, nisi sola incredulitas, non adulterium, non sacrilegium, non homicidiū? Recte quidam docet mendacem oportere memorem esse, nisi velit sæpe a suis placitis dissentire, quod & hoc loco Luthero accidit, sicut in plerisque alijs locis. Non ergo probabit ex Paulo omnia esse vana ac falsa quæ extra charitatem fiunt, etiam si linguis loqueretur angelorum, sed se ipsum potius vanum atq; mendacem demonstrabit. Quod autē addit loco probationis, ipsum quoq; vanum ac falsum est. Dicit enim: Quæ fiunt extra charitatem, non fiunt ex toto corde. Quod autem ex corde non fit, iam hypocrisis est. Stulta ac ridicula est ista ratiocinandi forma. Nam fieri potest, vt quis propter deū indigenti impartiatur eleemosynam, & non ex toto corde hoc faciat, non tamen tale opus vanum aut falsum dici potest. Sed quod ex corde nō fit, inqt, iā hypocrisis ē.

K

4. Reg. 10

Miror cur rursus non addiderit ex toto corde, Aliud quippe est, ex toto corde propriam agere, aliud ex corde agere: sicut & diversa sunt, ex toto corde & aliud ex corde non esse: & iterum diligere deum ex toto corde, & diligere deum ex corde. Et de Iehu rege Israel scriptum est, quod habuerit zelum domini, & interfecerit idololatrias filios Achab, & impiam illam Iezabel uxorem Achab, nec non & sacerdotes Baal, domini quoque voce laudatus est. Et nihilominus dicitur de eo: Porro Iehu non custodiuit, ut ambularet in lege domini dei Israel, in toto corde suo. Non enim recessit a peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Israel. Quod ergo ex toto corde non est, qualis est dolor non satis vehemens, remissus ac tepidus de peccato, quem attritionem vocamus, est utique aliquid. Nec potest dici, quod sit hypocrisis, quia quod foris agitur, ex corde (licet non toto aut perfecto) procedit. Et quando adueniente charitate dolor iste perficitur, & ex toto corde procedit, dicitur esse vera contritio. Et hoc modo ex attritione sit contritio, sicut ex attrito contritus. Quid autem sit hypocrisis, Christus haud obscure in euangelio docuit: Hypocrisis enim simulatio quaedam est, quae tunc locum habet, quando quis longe alius est ingenio, quam cuius similitudinem induit, cuius opera secundum speciem ex corde videntur provenire, quantum habeant speciem sanctitatis. Tales erant pharisaei, quos Christus infectatur in euangelio, & comparat eos sepulchris dealbatis: quae foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum. Nemo negat hypocrisim esse peccatum. Et qui huiusmodi

Matth. 6.
Matth. 23.

di hypocrisis in confessione committit, ut simulato animo accedat, & ore tantum se dicat dolere de peccatis suis, corde autē atq; animo nō dolet: is minime absolutionis sacramentalis consequitur effectum, nec mundatur a peccatis, & a sacerdote immundior recedit, quā ante accesserat. Hoc tamen nō faciunt ij, quos attritos nuncupamus, qui ex corde dolentes, virtute sacramentalis confessionis fiunt contriti, ut ex toto corde doleant. Quare contritio quæ prædictis modis paratur, nec facit hypocritā nec magis peccatorem. Quotquot enim hæc nus de sacramentis scripserunt, vna voce docuerunt, ut sumentes dignos se (quantum fieri potest) exhibeant, nec indigni accedant, ne ad iudicium sibi sumant & grauiorem damnationē, quod institutum est in remediū peccati & antidotum salutis. Indignus autem accedit, qui fictus & ut hypocrita accedit. Superest ut alias obiectiones eius refellamus, quas ex captiuitate Babylonica recitauimus. Et primum docet parari cōtritionem fide promissionis & comminationis diuinæ, quod quasi nouum inculcat. Ego sane arbitor hic Lutherum dedita opera insanire, quum in hoc omnes conueniāt, ut hoc modo contritio paretur. Pœnitentiā, inquit, agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Item: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Et: Nisi pœnitentiā habueritis, oēs simul peribitis. Quō em̃ q̃s pœnitentiā ageret super peccatis suis, q̃ nō crederet pœnitenti promissam peccatorum remissionem? Credenti, inquit Apostolus, in eū q̃ iustificat impiū, reputatur fides eius ad iusticiam secūdū propositum gr̃æ dei.

Luc. 33.

Quanti sunt, quos comminatio diuina ad poenitentiam extimulauit, vbi dicitur, nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et ex hac fide comminationis diuinæ plerumque nascitur contritio, sicut supra docuimus, vbi & de origine contritionis disseruimus. Addit autem scholasticos doctores contritionem sic docuisse, vt eam fide promissionis priorem & longe viliorē fecerint. Nescio quos ipse pro scholasticis doctoribus habeat. Hoc vnū scio, Lutherum hic impudentissimum protulisse mendacium. Et quia ipse nullum siue ex veteribus siue ex recentioribus affert doctorem, qui contritionem fide promissionis priorem aut viliorē fecerit: ego ex multis non grauabor saltem vnum adducere ex scholasticis, qui omnium instar haud dubie habendus est. Beatus Thomas Aquinas, is est religionis nostrę columen, quem ideo libentius commemorabo, quod sancti viri lucubrationes sacrilego hæretico displiceant. Eo ergo loco vbi de iustificatione impij disputat, sic habet: Motus liberi arbitrij requiritur ad iustificationem impij, secundum quod mens hominis mouetur a deo. Deus autē mouet animam hominis cōuertendo eam ad se ipsum, iuxta illud psalmi: Deus tu conuertens viuificabis nos. Et ideo ad iustificationem impij requiritur motus mētis, quo conuertitur in deum. Prima autem conuersio in deum, fit per fidem, secundum illud: Accedentem ad deum, oportet credere, quia est; & ideo motus fidei requiritur ad iustificationem impij. Huc vsq; cōmemorauimus beati Thomæ sententiam, cui

1. 2. q. 113.
2. 4.

Psalm. 34.

Heb. 11.

omnes doctores siue veteres siue neoterici sub
scribunt, & communi consensu suum addunt
calculus.

¶ Tertio affert & dicit eadem prudentia,
scholasticos inuenisse aut vt eius verbis vtar,
finxisse attritionem. Huic cauillationi satisfie
ret, si quis obiiceret illi, os quod mentitur, occi
dit animam. Nos tamē superius respondimus,
forte pluribus q̄opus esset, vbi docuimus fri
uolam esse disputationem de nomine, quando
de re constat. Antiqua, inquit, beatissimus con
fessor Athanasius, res, nouum nomen accepit.
Verba eius iam ante recitauimus. Et quod ad
dit eos docere hanc attritionem virtute clau
ium fieri contritionē, & eam virtutem docto
ribus esse ignoram, partim verū dicit, partim
falsum. Nam primum, hoc est, attritionem su
perueniente sacramento, fieri contritionem, su
perius ostendimus. Alterum autem falsum est,
hanc virtutem clauium doctoribus incognitā,
& soli Luthero perspectam. Atqui multo ab
surdus est, quod asserit hanc attritionem, a do
ctoribus tributā impijs & incredulis. Pugnā
tia enim dicit, qui impium & incredulum at
tritum esse dicit & fidelem. Quis enim sine fi
de remissionis peccatorum doleret de peccatis
suis?

¶ Iam ad aliud veniamus, vbi dolet pon
dus istud impositum humeris Christianorum,
quod neq; nos, neq; patres nostri portare po
tuimus, quum sit impossibile, vt quis omnium
peccatorum formet aut habeat contritionem.
Quasi vero doctores hactenus adeo aniliter

Sapi. 1.

Agu. 15.

1. Cori. 11,

desipuerint, vt etiam impossibilia præceperint. Re ipsa hic verè esse comperio, quod vulgo dici solet, vnum mendacium, parit aliud. Nā præter mēdacia, strophas & præstigias, nihil affert. Quis vnquam docuit, vt pœnitēs contritionem haberet de ijs peccatis, quorum non recordatur, aut quorum memoriam habere non potest? Hoc docēt, vt quis pro virili sua conscientiam suam expendat, & iuxta Apostolū, seipsum probet, & de peccatis suis, quantum fieri potest, doleat. Fieri autem potest, vt generatim de omnibus simul doleat, & omnia perperam vel commissa vel omissa displiceant, etiam ea quorum notitiam vel memoriam non habet. De ijs autem peccatis, quæ necdū in obliuionem venerunt, diligentius & in speciali dolere potest. Nec verum est, quod postremo subnectit, ipsa bona opera inueniri peccata, quia in psalmo dicitur, non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Ex hoc enim colligi non potest, ipsa bona opera esse peccata, sed potius nullum viuentem propterea iustificari coram deo, quia non est iustus viuens super terram, qui nō peccet. Septies enim in die cadit iustus & resurgit. Multum autem interest, inter peccare, & sine peccato non viuere, & inter bona opera esse peccata. Sed de hoc in sequentibus suo loco dicemus.

¶ Secundam pœnitentiæ partem, posuimus esse sacramētalem confessionem, quæ nō ab ecclesia inuenta aut instituta est, quemad-

modum hæretici dogmatizant, sed a Christo in euangelio præcepta. Nam apud Matthæum Christus ante passionē suā clauēs regni cœlorum Matth. 16. promisit Petro, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauēs regni cœlorum. Et quodcūque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcūque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Et ut plenius virtutē clauium in qua confessionem sacramentalem fundamus, explicemus, principio considerandum est, clauēs istas Petro promissas, non esse corporales, sed spirituales. Et quamuis sint spirituales, habent tamen similitudinem magnam cum corporalibus. Vt enim corporea siue ferrea clauis instrumentum est, quo aperitur ostium & clauditur, & quo obstaculum impediens ingressum mō amouetur, modo obfirmatur: ita similitudine quadā spiritalis clauis potestas dicitur, qua aufertur tolliturq; obstaculum ac impedimentum impediens hominem ne ingrediatur regnum cœlorum: quale constat esse peccatum. Sūt autem duæ clauēs, quarum vna dicitur clauis scientiæ, hoc est, discernendi facultas inter leprā & lepram, item inter lepram & non lepram, id est, inter peccatum & peccatum, & inter peccatum & non peccatum. Altera dicitur clauis potentiae, & est ipsa autoritas siue potestas soluēdi & ligādi, qua ecclesiasticus iudex dignos debet recipere, indignos excludere a

4. dist. 18.

regno cœlorum. Nā post causæ cognitionem in iudicio spiritali, quod fit per clauem scientiæ in cōfessione, restat adhuc definitio seu sententia quę promulganda est, quod ē soluere vel ligare per clauem potestatis. Obseruatur hoc etiā in iudicio seculari, in quo iudex discussio prius summa diligentia negotio, fert sententiā vel cōdemnādo vel absoluendo. His iactis fundamentis non difficile fuerit cōprobare confessionem a Christo institutam. Sacerdos enim siue iudex ecclesiasticus, qui habet ius soluendi & ligandi, non potest in spiritali iudicio, in cōscientia alterius, soluere aut ligare, quod pertinet ad clauē potestatis, nisi añ cognoscat quid sit soluendum aut ligādum, quod pertinere ad clauem (quam vocant) scientię, diximus. Atq̃ hanc cognitionem nequit habere, nisi per spontaneā confessionem hoīs seipsum accusantis, ita vt prius detegat peccata sua, & confessus virtute clauium purgetur a contagione peccati & absoluator. Qui enim infirmus est, & curari cupit, vulnera sua detegat oportet medico vt morbi genus possit agnoscere, & pestem ex corpore sic affecti, depellere. Ex his sequitur, aut clauē sine causa a Christo ecclesiæ praelatis in Petro datas, quod nemo compos mentis dicet, opinor, aut confessionem prorsus esse necessariam pœnitenti peccatori, vt virtute clauium absolutio a peccatis sibi impartiat. Quod si verum est, velint nolint hæretici, cedant nobis oportet, confessionem a Christo in collatiōe clauū institutā ac p̃ceptā. Ad hoc facit, quod Chr̃s post resurrectionē suam cla

Matth. 16.

ues Petro promissas oibus tradidit apostolis,
qñ insufflauit in eos, dicens: Accipite spiritum Iohan. 20
sanctum. Quorum remiseritis peccata, remit-
tuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt,
Et hic locus ostendit confessionem esse iuris di-
uini. Nam quid est aliud retinere peccata, quā
non remittere? Verba ergo Christi hunc sen-
sum habent: Quorum sacerdos peccata retinu-
erit .i. non remiserit, retenta, hoc est, non sunt
remissa in cœlis. Et quomodo remitteret aut re-
tinebit, nisi per confessionem sibi fuerint aper-
ta? Quum igitur quisq; iure diuino salutis sue
teneatur habere rationem, & quantum fieri po-
test a peccato immunem se seruare: vt sit ser-
uus iustitiæ, non peccati; aut si pondere pecca-
torum pressus iacet, eniti debet totis viribus,
vt graui peccatoris sarcina liberetur, & id eo
modo quo instituit deus: sequitur vnumquēq;
diuino præcepto obligatum esse sacerdoti ad
confitendum peccata sua, & proinde confes-
sionem a deo præceptam. Iohan. 21.
Promissionem autē Petro factam, impleuita morte resurgens illi
soli, commisitq; illi præ cæteris etiam tum p-
sentibus, generalem ouium suarū gubernatio-
nem, dicens: Pasce oues meas. Clauium tamen
potestatem simul omnibus tradidit, vt inde in 1. Pet. 5
telligamus Christum principem pastorum pri-
uilegio quodam ac singulari gratia præuenisse
apostolos, & per seipsum illis contulisse, quod
alioqui iusto ordine a Petro ceu generali ac su-
premo Christi Vicario, debuissent accipere.
Petrumque super alios superiorem ac caput,
accepisse iurisdictionis potestatem, cæteros au

tem vt coadiutores in partem sollicitudinis ad-
scitos. Ex quibus etiam discimus, Petro con-
cessam supremam & ad omnia se extenden-
tem (de spiritalibus loquor) potestatem iu-
risdictionis super omnes. Cæteri episcopi &
prælati siue pastores, potestatem quidem hñt,
sed a Petri Vicario summo Pontifice ipsis tra-
ditam, a quo tantum iuris habent in populum
Christianum ad soluendum et ligandum, qua-
tenus ille permiserit. Atq; hac ratione quidam
maiorē, quidem minorem potestatem ab illo
accipiunt, & quibusdam multorum, quibus-
dam paucorum cura committitur. Et quia in
vitiis proni sumus, vt saltē formidine pœnæ, si
non virtutis amore, discamus benefacere, non
iniuria summus Pōrifex & episcopi quædam
sibi reseruant crimina, quorum absolutio ad ip-
sos spectat. Hanc reseruationem Lutherus ty-
rannidem vocat, ea, ni fallor, ratione, quo ma-
gis laxet homicidis, sacrilegis, parricidis, in-
cendiarijs, frena peccandi, ne deterreantur vel
criminis mole, vel pœnitudoinis difficultate.
Pro confessione facit, quod Iacobus in episto-
la dicit: Confitemini alterutrum peccata v̄ra,
& orate pro inuicem vt saluemini

Iaco. 5

¶ Toto ergo (quod aiunt) cœlo errāt, dicen-
tes confessionem occultam, quæ modo in eccle-
sia celebratur, ex scripturis non posse probari.
Ostendimus em̄ eam non solum in scripturis sa-
cris inueniri, sed etiam in euangelio a Christo
esse præceptam. Quod si quis dixerit, non illi
præceptam confessionem, sed solum sacerdo-
tibus datam auctoritatem & potestatem absol

uendi & ligandi, audiat Bernardum dicentem: Bernard.
 Sufficiebat ostendere infirmo medicum, qui si Boetius.
 sanus fieri velit, illum inquirat. Et Boetius: Si
 operam medicantis expectas, vulnus tuum de
 regas necesse est. De hac confessione loquitur
 Cyprianus martyr, quum dicit: Ante expia- Cyp. ser. 5
 ta delicta, ante exomologesim factam crimi de lapsis.
 nis, ante purgatam conscientiam sacrificio &
 manu sacerdotis, pacem putant esse, quam qui
 dam verbis fallacibus venditant. Et iterum:
 Denique quanto & fide maiore & timore me
 liore sunt, qui quamuis nullo sacrificij aut li-
 belli facinore constricti, quoniam tamen de
 hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacer-
 dotes dei dolenter & simpliciter confitentur,
 exomologesim conscientiae faciunt, animi
 sui pondus exponunt, salutarem medelam par
 uis licet & modicis vulneribus exquirunt. Et
 rursum addit: Confiteantur singuli, quæso
 vos fratres, delictum suum, dum adhuc qui de
 liquit in seculo est, dum admitti confessio e-
 ius potest, dum satisfactio & remissio facta
 per sacerdotes apud dominum grata est. An
 non beatissimus martyr tres poenitentiae par-
 tes complectitur, quum docet dolenter confi-
 tendum, dum satisfactio per sacerdotes apud
 dominum grata est? Sed & libro tertio epi- Cyp. lib. 3
 stolarum idem docet: Quoniam video, inquit epist. epis.
 facultatem veniendi ad vos nondum esse, oc- 17.
 currendum puto fratribus nostris, si incōmodo
 aliquo & infirmitatis periculo occupati fue-
 rint, non expectent praesentiam nostram, quā
 apud presbyteros quēcunq; pntem, vel si pres-

byter repertus non fuerit, & vrgere exitus coeperit, apud diaconū quoq; exomologesim facere delicti sui possint, vt manu eis ī pñiam imposita, veniāt ad dñm cum pace. Remittit nos Lutherus ad mulieres, q̄s vult viris esse a confessionibus. Cyprianus aut ad Chri sacerdotes Lactantius Firmianus li. 4. diuinarum institutionum ca. vltimo. negat eos esse Christianos aut in ecclesia catholica, qui confessionem tollunt. Verba eius hęc sunt: sed tamen quia singuli quiq; coetus hæreticorum se potiss. Christianos, & suam esse catholicam ecclesiam putant: sciendum est illam esse veram, in qua est religio, confessio, & pœnitentia, quæ peccata & vulnera quibus est subiecta imbecillitas carnis, salubriter curat. At Sozomeni lib. IX hist. eccl. tripart. ca. 34. de cōfessione hoc est testimonium: Quoniam omnino non peccare, diuinum & vltra humanam naturam esse cognoscitur, peccantibus autem & pœnitentiam agentibus, veniam deus dari præcepit, qui vero confiteri refugiant, maius peccatorum onus acquirunt. Propterea visum est antiquis pontificibus, vt velut in theatro sub testimonio ecclesiastici populi delicta pandantur. Et ad hanc rem presbyterum bonę conuersationis, seruantesq; secretum ac sapientem virum statuerūt ad quem accedentes hi, qui deliquerant, delicta propria fatebantur. At ille secundum vniuscuiusq; culpam indicebat & mulctā. Quod etiam hactenus diligenter in Occidentalibus seruatur ecclesijs.

¶ Possem equidem hic recēdere quomō con

sessio præfigurata fuerit ea confessione, qua baptizati a Iohanne in Iordane peccata sua confessi sunt, similiter in leprosis, quos Christus misit ad sacerdotes, ut se illis ostenderent, & sic a lepra corporea, quæ animi lepram significabat, mundaretur. In Lazaro quoque suscitato a domino, quem soluerunt apostoli. Sed breuitati studemus, ut ad technas hæreticorum veniamus, quibus nobis insulant. Primum concedunt reperiri quidem plura confessionum genera in scripturis, non autem confessionem (ut ipsi dicunt) auricularem, nos sacramentalem, quæ hominis commentum esse dicunt, præterea nihil. Et huic obiectioni ex parte responsum est, quia liquido ostendimus Christum in Evangelio confessionem, quæ in auræ sit sacerdoti, & tradidisse & præcepisse. Esse autem plura confessionum genera, non inficiamur. Cæterum quo lector magis deprehendat ipsorum insidias & cuniculos, quibus veritas subuertitur, lubet referre quas confessiones, sacramentali sublata, statuant, quidque illis tribuendum sit. Ponunt primo confessionem quædam, qua coram deo agnoscimus peccata nostra, quam non dicunt esse aliam, quam veram contritionem de qua dicitur in psalmo: Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & peccatum meum contra me est semper. Et iterum: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Et apud Iohannem: Si confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Hanc exigunt iure diuino

Matt. 3,
Luc. 28.

Psal. 58.
Psalm. 51.

1. Ioh. 1

Matt. 18.
Deut. 19.

a poenitēte. Peccatum em̄ nō remittitur, nisi cōfiteamur deo. Hæc confessio quam ponunt & docent, omnibus catholicis doctoribus magno pere probatur, adeo vt eā necessariā doceant, sine qua sacramētalis cōfessio nulla sit atq; inanis: non tñ cōfessionē nomināt, sed cōtritionē, ne vulgus indoctum, audito confessionis nomine, contritionem absq; sacramentali confessione sibi arbitretur sufficere. Aliam præterea afferunt confessionem, quam dicunt institutam a Christo eo loco, vbi Ch̄us dixit discipulis: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si autem te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si te nō audierit, adhibe tecum adhuc vnum aut duos, vt in ore duorū vel triū restium stet om̄e verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Hic Christus, inquiunt docet, quomodo frater peccans sit corripiendus accusandus, prodendus: et si non audierit, excommunicandus. Demiror profecto hæreticorū prudentiā, & qd nā ipsis in mentē venerit, vt somnient hic confessionem aliquā a Ch̄o institutā, quā ne meminerit quidem cōfessionis. Exigūt a nobis vbique claras & euidentes scripturas, nec quidquam volunt admittere, quod non manifeste expressum sit. Cur ergo legē quā nobis præscribunt, non observant? Verba Ch̄i nullo modo ipsis patrocinantur. Neq; enim de confessione illic Ch̄us agit, sed de vera atq; Christiana fratris correptione. Et quis is qui ob delictum quod commisit corripitur, merito debe

at humiliter agnoscere peccatum suum, culpā-
que fateri simpliciter, vt condonetur sibi pec-
catum, fieri tamen nonnunq̃ solet, vt is qui pec-
cauit, & de crimine correptus est, pertinaciter
neget se commisisse, quod sibi obijcitur, maxi-
me si testibus conuinci non potest. Rogo te qua-
lis est illa confessio, vbi non est criminis agni-
tio sed negatio? Videamus verba Christi: Si
peccauerit, inquit, in te frater tuus, vade & cor-
ripe eum inter te & ipsum solum. Precipit hic
correctionem, nullam instituit confessionem.
Præcipit ei qui læsus est, vt corripiat fratrem in
se peccantē, non præcipit fratri peccanti, vt le-
so confiteatur, sit aut̃ persæpe vt orta inimici-
tia aut cōtentione inter laicos, inter pueros, in-
ter mulierculas, inter deliros senes, inuicem se
lédant & contumelijs afficiant, postea redeunt
in gratiam, confitentur se peccasse, veniam
petunt. Quis eam confessionem, etiā si præcesse-
rit correptio, haberet pro confessione sacramē-
tali, quum fiat inter laicos & mulieres, quibus
satis cōstat nō esse confitendū? Ordinem quo-
que huius fraternæ correctionis, subnectit quū
dicit: Corripe eum inter te & ipsum solū. Hoc
enim obseruandum est, quando corripiendi so-
li p̃ctm notū est. Si te audierit, lucratus es fra-
trem tuū. Si te aut̃ nō audierit, adhibe tecū v-
nū testē vel duos, vt in ore duorū vel triū testiū
stet om̃e verbū, hoc est, illud quod peccati fra-
tri obijcitur. Quod si eos nō audierit, dic eccle-
siæ, hoc est, p̃latis ecclesiæ & iudicibus. Si aut̃
ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & pu-
blicanus. Hactenus de fraterna correctiōe, &

Ecci. 17.

Chrysoft.

quo ordine fieri debeat, Christus verba fecit, & quomodo pia admonitione frater qui delinquit, ad sanam mentē reuocandus sit, vt emendet in melius quā peccauit. Talis correctio omnibus praecepta est, quia vnicuique deus mandauit de proximo suo. Et quia propter rebelles & inobedientes, qui per excommunicatiōem extra ecclesiam secludendi sunt, in iudicio exteriori necessaria est potestas exterioris iurisdictionis ecclesiae praelatis, qui apostolorum locum tenent: idcirco illam dedit apostolis, dicēs: Amen dico vobis, quaecumque alligaueritis (loquitur de vinculo anathematis) super terram, erunt ligata & in cœlo. Vbi Chrysostomus dicit: Vide qualiter te rebellem & inobediētem duplicibus colligauit necessitatibus, & poena quae hic est, quae est projectio ab ecclesia, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & supplicio futuro, quod est esse ligatum & in cœlo. Et quaecumque solueritis. i. relaxaueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. In his etiam verbis nō absurde intelligi potest potestas vtriusque iurisdictionis, interioris in iudicio spiritali ipsius cōscientiae, & exterioris, de qua nūc diximus, quam contulit ecclesiae praesidibus. Ex his peruium fit, quomodo verba Christi de correptione debeant intelligi, & quomodo nihil pro confessione sacramentali faciant. Correctio autē qua etiam delinquēti infligitur poena actus est iustitiae, & ad solos spectat Praelatos in iudicio ecclesiastico, & ad principes iudicesque seculares in iudicio seculari.

¶ Porro addunt & confessionem publicam,

quam olim in ecclesia fuisse affirmāt. Et nos
 admittimus pœnitentiam solennem olim fuis-
 se in ecclesia, quæ ut ait Ambrosius, fiebat ex
 tra ecclesiam in manifesto in cinere & cilitio,
 quæ pro grauibus horrendisque ac manife-
 stis delictis tantum imponebatur, & id non ni-
 si ab episcopo, vel eius mandato, nec omnibus
 ex æquo hominibus iniungebatur etiam pro-
 pter horrenda scelera, quia non clerico nisi de-
 gradato, nec iuuenibus, nec mulieribus. Pœni-
 tentia ista solennis non iterabatur pro reueren-
 tia sacramenti, ne vilesceret & contemptibi
 lis hoībus fieret. Vnde Origenes de hac solen-
 ni pœnitentia loquens ait: Si nos aliqua culpa
 mortalis inuenerit, quæ nō in crimine mortali
 vel in blasphemia fidei, sed in sermonis vel in
 morum vitio consistat, hæc culpa semper repa-
 rari potest. Sed non ita de grauioribus crimini-
 bus est, in quibus semel tantum pœnitentiæ cō-
 ceditur locus. Communia quæ frequenter in-
 currimus, semper pœnitentiam recipiunt. Sed
 de grauioribus criminibus semel tantum agi-
 tur pœnitentia, id est solennis. Nam & de illis
 si iterentur, iteratur pœnitentia, sed non solen-
 nis. Hoc est quod dicit Ambrosius: Sicut vnum
 baptisma, ita & vna pœnitentia: quod de solenni pœ-
 nitentia intelligendum est. Modus quo hæc pœ-
 nitentia imponebatur parricidis, homicidis, &
 filiorum oppressoribus, & cæteris qui similia
 flagitia admiserant, habetur dist. 40. ca. In ca-
 pite. Præter hæc solennē pœnitentiā, est & a-
 lia publica pœnitentia, quæ quidem fit in fa-
 cie ecclesiæ & publice, non tamen cum

L

obseruatione eorum quæ sūt in solēni poenitē
 tia. Fit autē fere hoc modo. Iniūgitur aut p̄ci
 pitur alicui vt per mundū peregrinetur, gerat
 q̄ baculū cubitalē vel simile quidpiā, aut vt
 vtatur veste qdā singulari in eū v sū facta, qua
 sic poenitētes vti cōsueuerunt, interdū publice
 virgis cæditur. Hanc poenitentiam potest iniū
 gere sacerdos, cui saltem alicuius parochiæ cu
 ra commissā est. Clerico quoq̄ potest imponi,
 quando crimen eius enorme est & publicum.
 1. Tim. 5. Peccantem enim publice, ait Apostolus, corā
 omnibus argue, vt & cæteri timorem habeāt.
 Non ergo tenui limine diuiduntur poenitentia
 solennis & publica. Vtraq̄ quidem instituta
 est ab ecclesia, quæ pro diuersitate criminum
 diuersum statuit poenitendi modū, & pro ratio
 ne morbi, succurrit varietate medicamenti.
 Haud tñ sum nescius aliū publicæ poenitētiæ
 fuisse modū apud veteres ab eo q̄ nūc obserua
 tur, quē etiā Sozom. lib. 9. hist. Eccl. trip. cap.
 XXXV. declarat hisce verbis: Romæ etiā lo
 cus est certus poenitentium. Stant enim rei, &
 velut in lāmētatiōibus cōstituti. Quum em̄ sa
 cra celebratio fuerit adimpleta, illi cōmunionē
 non percipientes, cum gemitu & lamentatione
 seip̄os in terram prosternunt. Ad quos con
 currens episcopus, & ipse cum lachrymis &
 gemitu spirituali prosternitur, & omnis eccle
 siæ plebs fletibus inundatur. Post hoc au
 tem prior surgit episcopus, & eleuat iacentes
 a terra. Tum competenter pro poenitentibus
 facta oratione, dimittit omnes. At illi afflictio

nibus sponte vacantes, aut ieiunijs, aut abstinencia lauacri, aut suspensione ciborum, aut rebus alijs quæ iubentur, expectant commune tempus quod decernit episcopus. Constituto vero tempore velut quoddam debitum exoluentes, afflictione de peccato curati, cum populo communione participantur. Hæc ergo antiquitus Romani pontifices vsq; ad nostrum conseruauerunt tenipus. Præterea adhuc aliam nituntur confessionem hominibus inculcare priuatam, ex verbis saluatoris, quum dicit: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te relinq; ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Verba Christi satis plana & manifesta sunt, sed non video qd pro confessione faciant, quum non de confessione, sed reconciliatione **CHRISTVS** loquatur. Quum itaque tam multa confessionum genera tradant, solam sacramentalem confessionem aspernantur, ceu traditionem humanam, quam tamen a Christo in euangelio institutam & præceptam comprobauimus, quamuis ecclesia certum confitendi tempus statuerit, vt in paschate omnes confiteantur. Modus etiam confitendi satis discussus est, & traditus a catholicis doctoribus.

Matt. 5.

Extra de
pæ. & re. c.
Ois vtrius
que sexus

Afferam nunc aliquot tela aut catapultas quibus confodere moliuntur confessionem sacramentalem. Primum dicunt, hominem iure diuino non esse obligatum, vt omnia opera sua recenseat, & in sacerdotis aurem effundat. Ad quod respondemus, ipsam confessionem

L a

August. li.
de pœni.

iure diuino præceptâ, cōfessionē, in q̄ non im-
perfectâ aut dimidiatâ, sed integrâ & perfectâ.
Nec cōfessio semper exigit, vt singulatim sin-
gula recenseantur p̄ctâ, cum oībus & singulis
eorum circumstantijs, quæ numero quādoq;
sunt infinitæ. Fieri enim potest, vt quis sexcen-
ta peccatorū milia vno complectatur verbo,
aut dicat se tot commisisse peccata, vt omnia
enarrare non possit, quia omnium non memi-
nit, ita tamen q̄ nullum prudens prætereat aut
occultet. Propterea em̄ fit confessio, vt q̄s ab-
solutionem consequatur peccatorum, quam nō
consequitur, qui ex parte tm̄ confitetur, & di-
midiam a deo sperat veniā. Integra ac perfe-
cta sit cōfessio, necessum est. Quod si perfecta
nō fuerit, nulla erit & inanis, de qua re Augu-
stinus dicit: Scio deum inimicum omni crimi-
noso. Quomodo ergo qui vnum crimen reser-
uat, de alio recipiet veniā? Nisi sine amore dei
consequeretur veniam, sine quo nemo vnquā
inuenit gratiam. Hostis enim dei est, dum offen-
dit perseveranter. Quædam autem impietas
infidelitatis est, ab eo qui iustus & iustitia est,
dimidiam sperare veniam. Et iterum eodem li-
bro: Cautus sit pœnitens, ne verecundia ductus
diuidat apud se confessionem, vt diuersa diuer-
sis velit manifestare sacerdotibus. Quædā em̄
vni celat, q̄ alijs manifestanda reseruat, quod
est se laudare, & ad hypocrisim tēdere, & sem-
per venia carere, ad quam per frustra putat per-
uenire.

¶ At Christus, inquiunt, plerosque absol-
uit absque præuia confessione, sicut constat de

Iarone, Magdalena, adultera, & alijs quibusdam. Adhæc, Apostoli in Actis leguntur aliquot milia absoluisse, a quibus confessionem minime exegerunt. His cauillationibus paucis respondemus. Nam quod Christum asserunt plerisque remisisse peccata citra confessionem, confessionis robur non tollit, quia nondum instituta erat. Et si fuisset instituta, ne adhuc quidem nobis hoc obstar. Scimus enim Christum ut deum, fontem & autorem omnis gratiæ virtutem suam non alligasse sacramentis visibilibus. qui etiam ut homo excellentissima sua potestate peccata remittere potuit. At modo nemini condonat peccata sua, nisi ea sacerdoti clauis habenti confessus fuerit.

¶ Nunc ad id quod ex Actibus nobis obijciunt, dicimus & in Actis fieri quodammodo mentionem pñiæ. Legimus enim Petrum recepto pro ipso die pentecostes spiritu sancto, quibusdam ad prædicationem eius credentibus dixisse: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum. Et paulo post: Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria milia. Et iterum alio quodam tempore in templo prædicans Iudeis dixit: Scio fratres, quod per ignorantiam tradidistis & negastis Christum ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti: Pœnite mini igitur & conuertimini, ut deleantur peccata vestra. Et post subditur: Multi autem eorum, qui audierant verbum, crediderunt. Et factus est numerus virorum quinque milia. Ex his apparet

Actu. 2.

Actu. 3.

Actu. 4.

Petrum, poenitentiam, hoc est, dolorem de peccatis exegisse ante baptismum, non autem confessionem postulasse. Hoc ipsum etiamnum obseruat ecclesia in Iudeis aut alijs paganis, si quando ad fidem conuertuntur, eo quod baptismus sit ianua (vt ita dicā) omnium sacramentorum, omnia peccata extinguens. Et alio loco legimus, quod multi credentium, veniebant ad Paulum in Epheso confitentes & annunciantes actus suos. Peccata enim post baptismum commissa, non remittuntur, nisi per confessionem virtute clauium in sacramento poenitentiae, habita tamen copia confessoris. Eapropter vera est sententia beati Hieronymi dicens: poenitentiam secundam esse tabulam post naufragium, licet odio contabescat Lutherus haereticus. Nec Hieronymus hoc tantum dicit sed omnium sanctorum patrum scripta hoc ipsum docent atque confirmant. Beatus martyr Cyprianus, quem multo priorem Hieronymo fuisse certum est, omnino Hieronymianae sententiae accedit dicens: Liquore lauacri regenerationis sic lauantur, quos parentalis labes in fecerat, vt nec actualis, nec originalis macula, aliqua sui post ablutionem illā vestigia derelinquat. Præteritis lotis vita deinceps arbitrio est proprio deducenda, ita tamē vt actualibus aliquando recrudescantibus, iam non imputentur originalia, nec propter illa damnationi obnoxius sit, cui semel illa sunt in baptismo indulta. In originalibus enim corruptio naturæ ab

Actu, 19.

Hieron. ad
Pamach.
& Oceanū

Cyprianus
Serm. de
ablu. ped.

Originalis
macula ba
ptis. ablu.

hīci & exterminari meruerat: sed q̄a nō erat vo-
luntas in culpa, prouidit deus generali damna-
tioni remedium, & suę sententię iustitię tem-
perauit, hāreditarium onusa sobole remouens
& misericorditer ablutione & vnctione medi-
cinali corruptionis primitiue fermentum ex-
purgans. Sed in eos qui post indulgentię huius
gratiam voluntarij per peccata euāgari sunt,
qui proprio abutuntur arbitrio, & voluntate
non necessitate ducuntur, indignatio & ira nō
immerito redit, nec in morte Christi aliquis eis
superest quæstus, sed iustissime eos beneficia cō-
tempta condemnant. Nunc contemptum suum
non statim vlciſcitur deus, nec per singulas of-
fensas iudicantis ira discurret, nec obtrusit fon-
ti misericordię suę ostia meatusq; multipli-
ces, sed obuiat fugientibus, & cogit regredi de-
speratos, ostendens eis pœnitentię viam, qua
nulla latior inuenitur, & reuersis dat, vt iterū
eis possint sacramenta iniuriata prodesse, quo-
rum si pœnitentia non subesset, nullo modo de-
inceps experiri possent effectum. Et iterum li.
I. epistol. epistola. III. ad Cornelium papam.
Primus felicitatis gradus est, non delinquere,
secundus delicta agnoscere. Illic currit inno-
centia integra & illibata quę seruet, hic succe-
dit medela quę sanet, quod vtrumque N O-
V A T I A N I offenso D E O perdi-
derunt, & vt amissa sit gratia, quę de bap-
tismi sanctificatione percipitur, & non subue-
niat pœnitentia, per quam culpa curatur.

L 4

Pœniten-
tia secūda
tabula.
post nau-
fragium.

Chaftenus de confessione, nunc de satisfactioe tertia pœnitentiæ parte tractemus oportet. Remissa enim per contritionem & confessionem peccati culpa, eiusq; macula per gratiam deleta, remanet plerunq; homo obnoxius pœnæ, quâ luere adhuc cogitur, vt pro peccato satisfaciât, & diuinæ iustitiæ læsæ satisfiat. Quod primū rationibus & scripturis probabimus. Nā de peccato mortali summus est inter omnes theologos consensus, quo asserunt duo in ipso inueniri, nempe auersionem ab incommutabili bono, & inordinatam conuersionem ad commutabile bonum, de quibus propheta dicit: Duo mala fecit populus meus, Me dereliquerūt fontē aquæ viuæ, & foderūt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Per peccatū igitur incidit homo in ista duo mala, quoniam primo culpa sua dominū deum offendit auertendo se ab incommutabili bono domino deo, quē derelinquit, & cōuertendo se male & inordinate ad commutabile bonum. Et quia culpa sua deum offendit, sequitur aliud malum, ipsa macula videlicet, quæ permanet in anima hominis, donec remissa culpa & offensa sublata, redeat cum deo in gratiam. Qui em̄ inordinato amore inhæret contra lumen naturalis rationis & diuinę legis bono commutabili, detrimentum patitur notoris, qui refulget ex lumine rationis naturalis & diuini luminis, hoc est, sapientiæ & gratiæ. Detrimentū hoc similitudine quadam macula appellatur. Vnde Phinees filius Eleazari sacerdotis & decem principes missi cum eo

Hiere. 3.

Tofu. 22.

dixerunt ad filios Ruben & Gad, & dimidie
tribus Manasse: Cur reliquistis dominum de-
um Israel, ædificantes altare sacrilegum, & a
cultu eius recedentes? An parum vobis est,
quod peccastis in Beelphegor, & vsq; in præ-
sentem diem macula huius sceleris in vobis
permanet? Et quia deum offendit, ex offensa
sequitur reatus poenæ, cui obnoxius manet.
Hoc est quod in Exodo legitur: Percussit do- Exod. 32.
minus populum pro reatu vituli, quem fece-
rat Aaron. Sic quoque poenam schismatis &
rebellionis sumpsit deus de Chore, Dathan
& Abyron & eorum complicitibus. Et quid Num. 16.
opusest his immorari quum scriptura tot ex-
emplis nihil aliud doceat? Ex parte ergo auer-
sionis ab incommutabili bono, consequitur
peccatum mortale, reatus poenæ æternæ. Iu-
stum enim est, vt qui contra æternum bonū
peccauerit, poena puniatur æterna. Ratione
autem conuersionis inordinatæ ad commuta-
bile bonum, consequitur peccatum reatus
poenæ temporalis. Inordinatio enim culpæ nō
reducitur ad ordinem iustitiæ, nisi per poe-
nam. Iustum siquidem est, vt qui suæ volun-
tati plus indulget quam debuit, contra volun-
tatem suam aliquid patiat, vt hoc modo iu-
stitiæ æqualitas reparetur, sicut in Apocaly- Apoc. 18.
psi dicitur: Quantum glorificauit se & in
delictis fuit, tantum date ei tormentum & lu-
ctum. Veruntamen ratione conuersionis, quā
finita sit, non debetur peccato mortali poena
æterna. Et quam diu permanet auersio &
macula, manet & offensa & reatus poenæ,

& propterea in damnatis manet in æternum. Quando ergo per contritionem & confessionem remittitur culpa & offensa diuina, tollitur auersio a deo, deletaq; peccati macula per gratiam, coniungitur anima deo, & propterea tollitur reatus poenæ æternæ, remanente tamē plerūq; reatu alicuius poenæ temporariæ. Plerūq; hoc quod dixi, fieri solet, quamuis tam vehemens possit esse contritio & dolor de peccatis in poenitēte, vt simul culpa remittatur & poena. Talem contritionem habuit Petrus, habuit & Magdalena, habuit & latro in cruce conuersus. Rara est hæc gratia & incerta, & sicut non omnibus præstatur: ita incertum quibus deus eam largitur.

Matth. 26.
Lucæ. 7.
Lucæ. 23.

¶ Vt ea quæ modo diximus magis fiât lucida, exemplis aliquot e sacris literis petitis ea vberius commonstrare, est animus. Nec longe nobis petēdæ sunt probationes, offert scilicet liber Geneseos, in quo legimus Adam peccasse, & peccatum eius in totam posteritatem transiisse. Et quis ambigit ipsum Adamū pro toparentem nostrum poenituisse post culpā admissam, nec tamen poenitentia poenam euasisse? Peccatum ipsius remissum a domino fuisse, Sapientis testimonio facile comprobatur, vbi in laudem sapientiæ dicitur. Hæc sapientia, illum qui primus formatus est a deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum a delicto suo, interminatus enim erat dominus ne vetitum pomum sumeret poenam etiā adiciendo quam peccando

Genes. 2.
Roma. 5.

incurreret, dicens: In quacūque die comederis
 ex eo, morte morieris. Quin & post peccatū
 prater comminatā mortis pœnam, iratus de
 us sententiā suā, nullo misericordiæ reme-
 dio temperauit, sed magis iustitiæ suæ seueri-
 tate auxit, Vnde dixit ad Adam: Quia audisti
 vocē vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo
 præceperam tibi ne comederes, maledicta ter-
 ra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cū
 ctis diebus vitæ tuę. Spinās & tribulos germi-
 nabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore
 vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris
 in terram de qua sumptus es, quia puluis es, &
 in puluerem reuerteris. Mulieri quoque dixit:
 Multiplicabo grummas tuas & conceptustur-
 os. In dolore paries filios, & sub viri potestate
 eris, & ipse dominabitur tui. Quemadmodum
 ergo omnes, scriptura teste, in Adam peccaui
 mus, ita omnes in ipso morimur, & remissa in
 baptismo originalis peccati culpa, morti &
 multis molestiis ærūnisq; adhuc sumus obno-
 xii, et pœnis, q̄s incessanter patimur, iusto dei
 iudicio subiecti. Veniam ad virum secundum
 cor dei ipsum David prophetam, qui post cō-
 missum adulterium & homicidium pœnitens
 dixit ad Nathan: Peccaui domino. Dixitq; Na-
 than ad illum: Dominus quoq; trāstulit pecca-
 tum tuum. Non morieris. Veruntamen filius
 qui natus est tibi morte morietur. Nec recedet
 gladius de domo tua vsq; in sempiternū. Nec
 falsum dixit propheta domini, qui verbum su-
 um impleuit, & venerunt omnia mala super
 David & scelerum suorum remissa culpa pœ-
 nas dedit, quę dñs i manu prophetę sui Nathā

Gen. 3.

Rom. 5.

2. Reg. 12.

- fuerat cōminatus, mortuus est infans iuxta verbum domini. Ad cumulum quoque molestiæ et ad augmentum pœnæ accessit filij sui Abiolo nis persecutio, vt qui Vriam Ethæum gladio hostium iniuste trucidauerat, gladium filij sui iuste fugeret. An non hic euidenter docemur, hominem cui per poenitentiam actualia peccata a deo cōdonata sunt, remanere obligatum pœnis temporalibus & satisfactorijs. Fusius hæc explicant Augustinus & Gregorius de poenitentia dist. pri. ca. Si p̄ctm̄ David, & ca. Sicut primi parētes. Quid quod & Maria soror Mo si post dimissam murmuris culpam, lepra percussa est, nec etiam Mose dominū pro ipsa deprecante, sanitati restituta est, aut ilico munda ta, sed septem diebus extra castra separata pœnas pendere domini voce iubetur. Sed & ipse
- Num. 12. Moses & Aaron, viri utique sancti, quia increduli domino fuerant ad aquas contradictionis, dimisso proculdubio peccato, pœnā euadere non potuerūt, sed domini voce correpti audiuerūt, Quia nō credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Recte quidem fratres Ioseph, quibus vexatio dedit intellectum, Nam tum demum cœperunt intelligere se peccasse in fratrem, quum malis premerentur. Vnde dicebant: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Nec Heli flagellū dei euasit, quia nimium indulgit filiis suis, quos quā non satis acriter corripuit, cadens de sella retrorsum, fractis cervicibus, mortuus est. Da
- Num. 20. 1. Re. 2. 4. 2. Re. vlt.
- Esa. 28. Gen. 42.
- uid quum numerasset populum, & peccatum

suū agnouisset, statim pœna secuta est, nec pi-
culū illud nisi grauissimo pestis incendio, dele-
tum est. Veniamus ad euangelium. Christus, *i. Par. 22. Ioh. 5*
quum paralyticum sanasset, qui triginta & o-
cto annos infirmus fuerat, dixit ad eum: Ecce
sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius
tibi aliquid contingat, manifeste videlicet in-
nuens, tam longā infirmitatem non nisi in pœ-
nam peccati inflictam, licet forte per miseri-
cordiam dei & patientiam infirmi, longe ante
fuerit illi remissum. Ex his abūde liquet, remis-
sa culpa, pœnitentem plerunq; remanere ad-
strictum pœnæ, quam exoluere tenetur.

¶ Inter opera bona tria sunt potissimum
satisfactionum genera, quæ sunt, oratio, ieiuni-
um, eleemosyna. Ad hæc enim omnia alia ope-
ra satisfactionum referuntur. Vigiliæ, discipli-
næ, abstinentiæ, peregrinationes, & id genus
alia opera quibus carnem nostram affligimus,
ad ieiunium reducuntur. Misericordiæ opera,
vel sunt spiritalia, & sub oratione comprehen-
duntur: vel corporalia, & ad eleemosynā per-
tinent. Eleemosyna autem contra auaritiā va-
let, non secus atq; oratio contra superbiam, &
ieiunium contra luxuriam. Vnde sub eleemo-
syna continetur ablata rei restitutio. Per ele-
mosynam homo bene recte q; se habet ad pro-
ximum, per orationem ad deum, per ieiunium
ad seipm. Ad hæc, per eleemosynam quis deo
satisfacit de bonis externis siue temporalibus,
per oratiōem de bonis animæ, per ieiunium de
bonis corporis. Propterea hæc tria iusta ratioe
consistenti errata sua imponi & pnt & debent.

Et hæc quidem est sententia Augustini de perfectione iustitiæ cōtra Celestiū. Dicit enim: Quū dixisset dñs in euangelio, nolite facere iustitiā vestram coram homībus, vt videamini ab eis ne istum nām cursum sine humanæ glorię metiremur, non est in expōne iustitiæ ip sius executus, nisi tria ista, ieiunium, eleemosynas, orationes, ieiunio scilicet vniuersam corporis castigationem significans, eleemosynis oēm beneuolentiam & beneficentiam vel dandi vel ignoscendi, & oratione in sinuās omnes regulas sancti desiderij. Quod autem hæc ad pñiam, vt sit perfecta atq; integra, pertineant, sacræ literæ apertissime docent. In Leuitico enim iubet dominus offerri diuersas hostias, pro diuersis peccatis, sacerdotis, principis, & populi. Et apud Ioel. 2. dñs dicit: Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio & fletu. Tale fuit consiliū, quod Daniel dedit Nabuchodonosor: Peccata tua, inquit, eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperū. Quid Niniuitas opus est commemorare, qui quum pœnitentiam agerent ad prædicationem Ionæ, ieiunauerunt & vestiti sunt saccis a maiore vsq; ad minorem? Surrexit rex de solio suo, & abiicit vestimentum suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, dicēs: Homines & iumenta & boues & pecora non gustent quicquam nec pascātur, & aquam non bibant, & operiantur saccis homines, & iumenta clament ad dominū in fortitudine. Et vidit deus opera eorum, & misertus est super malitiam, quam loquutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Quin & hos collaudans Christus, Iudæis p̄fertim

Leuit. 45.

Ioel. 2.

Dani. 4.

Ionæ. 3.

penitentibus, dicens: Viri Niniuite surgent in iudicio cū gnatione ista, hoc est, eorū qui in peccatis obstinati pro ipsis satisfacere nolunt, & cōdemnabunt eam, qā penitentiā egerunt in prädicatione Ionæ. Hac de causa Christus cōcepit exprobrare ciuitatibus, in qbus factæ sunt plurimæ virtutes, qā non egissent penitentiā: Væ tibi Chorozaïm, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere penitentiā egissent. Veruntū dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, q̄ vobis. Et iterū: Nisi penitentiā habueritis, oēs si militer peribitis, sicut illi decē & octo, super quos cecidit turris i Siloe & occidit eos. Et Apostolus ait: In om̄ibus exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa patientia, in vigilijs, in ieiunijs. Quid plura? Nusq̄ nō docent nos sacrae literæ penitenti vere, satisfactionem esse pernecessariā. Quod etiā eisdem scripturis facile fuerit probare, quibus Lutherus cum suis sedentibus in cathedra pestilētiæ, cōtendit im probare. Quod nūc palam fiet ex scripturis, quas nobis obijcit.

¶ Primū itaq; mēdaciōis suorū, veritatis p̄curiorē Iohā. bap. testē citat, a quo tāq; veritatis propheta errori suo q̄rit patrociniū: Iohannes, inq̄t, bap. a deo missus p̄dicare penitentiā solū docuit obseruationē p̄ceptorū dei, dicens: Nihil amplius q̄ quod vobis cōstitutū est faciat, nulla satisfactiōis mētiōe habita. Antea q̄ alias ei oñias afferā, cōstitui primū huic obiectiōi satisfacere, q̄ satisfactionē tollere molitur. Dicim⁹ igit Ioh. satisfactionē docuisse, Nā

Matth. 12.
Luc. 11.

Luc. 12.

2. Cor. 6.

Matt. 3.

Lucæ. 3.

Actu. 26

Matt. 11

Lucæ. 3.

quis tam stipes est, qui ignoret eleemosynam, quam docuit Iohannes esse faciendam, ad satisfactionem pertinere? Qui habet, inquit, duas tunicas, det non habenti, & qui escas habet, si militer faciat. Et qui baptizabantur a Iohanne, confitebantur peccata sua, ut pro peccatorum qualitate ac magnitudine, dignos poenitentiae fructus persoluerent. Vnde dixit: Facite fructus dignos poenitentiae. Quid per dignos fructus poenitentiae aliud intelligere debemus quam opera satisfactoria? Quod ne absque ratione sentire videar, Apostoli verba recitabo, qui sic dixit ad regem Agrippam: Annunciam omnibus gentibus, & Hierosolymis, & in omnem regionem Iudae, ut poenitentiam agerent, & conuerterentur ad deum, digna poenitentiae opera facientes. Secundo dicimus, eam colligendi formam esse prorsus inanem, Iohannes non docuit satisfactionem, ergo satisfactio non est tertia pars poenitentiae. Nam ille tantum pauca praepcepta, & ea imprimis quae iustitia exigit nominatim docuit, praesertim propter milites & publicanos (publici enim praerant officijs) & de humilitate, fortitudine, temperantia, nihil legimus ipsum praecipisse militibus: Non tamen propterea hinc colligi potest, praepcepta quae Christus postea praedicauit ac docuit, esse nulla aut inania. Docuit autem inter cetera & poenitentiam in cilicio & cinere esse agendam. Et si euangelio credimus, constat Iohannem permulta praecipisse, quae scripta non sunt. Id verum esse, testis est ipse Lucas, quum ait de Iohanne: Multa quidem & alia exhortans

euangelizabat populo. Tertio dicimus, Iohan-
nem non simpliciter prædicasse pœnitentiam,
sed baptismum pœnitentiæ, baptismum, in q̃,
non sũum, sed Christi in remissionem peccato-
rum. Atq̃ hoc noĩe minime decebat, vt illis
quos baptizauerat, q̃ & iterum Christi bapti-
smate lauandi erant (in quo simul & culpa &
pœna remittuntur) manifestiorem de satisfac-
tione faceret mentionem.

¶ Rursum nobis negotium conatur faces-
sere, & Ezechielem in castris suis militare mē-
titur, per quem dominus dicit: Si conuersus
fuerit impius ab impietate sua, & fecerit iusti-
tiam & iudicium, vita viuet & non morietur.
Ecce, inquit, iudicium & iustitiã imponit pro-
pheta, præterea nihil: Huic cauillationi facile
fuerit respondere. Nam quid aliud istis verbis
pollicetur pœnitenti propheta quam ad grati-
am & vitã cõsequendam, etsi non exigatur rei
ipsa satisfactio, præexigitur tamen voto ac pro-
posito. Et quomodo permanebit in vita spi-
ritali, quæ est per gratiam, nisi satisfactio pro
delictis subsequuta fuerit? Secundo dicimus in
verbis prophetæ potius includi quam excludi
satisfactionem. Non em̃ pœnitentia dumtaxat
iustitiam, qua bona opera facimus, cõplectitur
sed etiam eam iustitiam, qua peccata prius cõ-
missa punimus. Pœnitere, inquit Augustinus, Augusti.
de vera &
falsa pœ.
ca. 19. est pœnam tenere, vt semper puniat in se vlc̃i-
scendo, quod commisit peccando. Hoc modo
iudicium & iustitia in se continent satisfacti-
onem. Tertio fingamus interim prophetã istis
verbis, non fecisse aliquã satisfactiõis mentio-

M

Cyprianus
de simpli.
præla.

Matth. 18.

August.
de fide &
ope. ca. 4.

nem, non recte tamen colligitur ea de causa satisfactionem non esse, aut prophetam nobis imposuisse, ut Lutherus somniat. Quis enim tam inepte stolidus est, ut omnia omni loco dicat, aut arbitretur esse dicenda? Quod vno loco scriptura tacet, alio loco fusissime explicat. Sic propheta hoc loco solam iustitiam exprimit, nulla mentione de cæteris virtutibus habita, quas tamen alias docet ac præcipit. Vna enim scriptura aliam exponit, & modus seruandus est in scripturarum expositionibus, nec statim ad extrema declinandum est, quemadmodum faciunt hæretici. Vnde dicit Cyprianus: Corruptores euangelii atque interpretes falsi extrema ponunt, & superiora prætereunt, partim memores, & partim subdole corruptores. Ut ipsi ab ecclesia scissi sunt, ita capituli vnius sententiam scindunt. Sic Nouati. vana interpretatione decipiunt multos, qui dixerit dominus. Vbi fuerint duo vel tres in nomine meo, cum illis sum. Sed non vident quod permittit, si consenserint. Et Augustinus de fide & operibus ait: Errant homines non seruantes modum, & quum in vnam partem procliuius ire cœperint, non respiciunt diuinæ autoritatis alia testimonia, quibus possint ab illa intentione renocari, & in ea quæ ex utrisque temperata est veritate ac moderatione consistere. Nam quidam intuentes diuinæ testimonia literarum, quibus vnus deus colendus insinuat, eundem patrem, qui est filius sanctumque spiritum putauerunt. Alii rursus veluti morbo contrario laborantes, quum attenderent ea quibus trinitas declaratur, nec valerent intelligere, quomodo sit vnus deus, quum & pa-

ter non sit filius, nec filius sit pater, nec spiritus sanctus aut pater aut filius, diuersitates etiam substantiarum asserendas putarunt. Quidam intuentes in scripturis sanctæ virginitatis laudem, connubia damnauerunt. Quidam rursus ea testimonia consecretantes quibus casta coniugia prædicantur, virginitatem nuptiis æquauerunt. Quidam quum legerent, bonum est fratres non manducare carnem, neque bibere vinum, etiam nonnulla similia creaturarum dei, & quas voluerunt escas immundas esse censeuerunt. Quidam vero legentes, omnis creatura dei bona est, & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione accipitur, in voracitate vinolentiamque collapsi sunt. Et iterum: Nos vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur, ex utrisque testimoniis tutam sententiam moderari.

Rom. 14.

1. Tim. 4.

¶ Ab Ezechiele venit ad Michæam proph. vir (si dijs placet) propheticus, quia dicit Michæas: Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quod dominus requirat a te. Vtique facere iudicium & diligere misericordiam, & ambulare sollicitum cum deo tuo. Propheta, inquit Lutherus, irridet eos, qui operibus satisfacere volunt, quum ibidem dicit: Quid dignum offeram domino? Nunquid ei offeram holocausto mata, & vitulos anniculos? Nunquid placari potest in milibus arietum, aut in multis milibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei, pro peccato animæ meæ? His verbis putat omnem satisfactionis vim, per prophetam sublatam esse.

Mich. 6

Audiatur ergo
M 2

Heb. 11.

4 Reg. 5.

Iudic. 11.

Deute. 10 &
26.

Hieronymum verba ista explicantem: Nihil, inquit, dignum est, quod possit pro peccato deo offerri, & nulla humilitas potest maculas eluere delictorum, quia impossibile est, sanguinem taurorum & vitulorum & holocausta medullata, & cruorem arietum & hircorum pinguium, animae sordes lauare. Nunquid, ait, dabo primogenitum meum pro scelere meo, sicuti rex Moab fecisse de scribitur, aut fructum ventris mei pro peccato animae meae, quod fecit Iephte pro temeritate voti offerens filiam? Nos ergo qui sumus de populo dei, scientes quia non iustificatur in conspectu tuo omnis viuens, & dicentes, iumentum factus sum apud te, agentes poenitentiam pro peccatis dubitabimus, & dicimus: In quo apprehendam dominum? Non in holocaustis arietibus. Nihil dignum offerre poterō pro peccato meo. Unde & David precatur: Laua me domine ab iniustitia mea, & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & in peccatis concepit me mater mea. Pro peccato animae, solus digne sanguis offertur. Et sanguis non vitulorum, sed Christi. Indicabo tibi o homo, quomodo pro peccatis tuis deum possis placare, quod quaerat deus, imo iam ante in lege monstrauit. Scriptum est enim in Deutero. Et nunc Israel, quod dominus deus tuus querit a te, nisi ut timeas dominum deum tuum & ambules in omnibus uisibus eius, & diligas eum & seruias domino deo tuo, de toto corde tuo, & de tota anima tua & custodias mandata domini dei tui, & iustificationes eius, quaecumque ego mandabo tibi hodie, ut bene sit tibi. Querit a nobis dominus, & necessariam hominibus nostram salutem poscit accipere,

quod danti proſit, vt faciamus iudiciũ, i. vt ni-
 hil abſq; ratione & conſilio faciamus, vt ante
 mens iudicet qd factura ſit, & poſtea opere cõ-
 pleat, vt miſericordiam diligamus, & non q̃
 ſi compulſi aut ex neceſſitate miſericordes ſi-
 mus, qm̃ hilarem datorem diligit deus. Nec di
 camus, vade hodie & cras reuertere, & dabo ti
 bi, Cumq; fecerimus iudiciũ & dilexerimus
 miſericordiam, qd accipiemus p̃miũ. Ambu-
 labimus cũ dño deo, ſicut Enoch ambulauit cũ
 deo, & translatus eſt. Vel certe ambulare cum
 deo, nõ eſt p̃miũ, ſed p̃ceptũ. Sicut em̃ iubetur
 nobis, vt faciamus iudiciũ & miſericordiã dili-
 gamus, ita p̃cipitur vt p̃parati ſimus ambula-
 re cum dño deo ñro, nulla hora dormire, nul-
 lo tempore ſecuri eſſe debemus, ſed ſemper ex-
 pectare patrem familias venientem, & diem
 formidare iudicij, & in nocte huius ſeculi di-
 cere: Ego dormio & cor meum vigilat. Hacten-
 us Hieronymus, q̃ longe ſecus atq; Lutherus
 prophetam inter p̃ratur. Docet em̃ proph. adeo
 nõ damnare his verbis ſatiffactionem, vt etiã
 magis inſinuet & neceſſariam p̃dicet. Debemus
 itaq; iudiciũ facere, nihil abſq; ratione age-
 re, nos ipſos ſeuerius condemnare, & miſericor-
 diam diligere, hoc eſt, de mammona iniquitatis
 nobis amicos facere, & miſericordiã operibus
 incumbere. Summa quoq; cura adniti debemus
 vt ambulemus cum deo, quod fieri non poteſt,
 niſi iuſtificationes & p̃cepta eius obſeruaueri-
 mus. Subſcribit Auguſt. dicens: In hac p̃nã,
 maiorem in ſe qſq; ſeueritatem debet exerce-
 re, vt a ſeipſo iudicatus, non iudicetur a dño.
 Vnde ipſe Apoſt. ait: Si nosmetipſos iudicare

2. Cor. 9.

Gene. 5.
Eccle. 44.Luc. 12.
Cant. 5.

Luc. 16.

Auguſt.
de p̃nig. me-
dicina. c. 2
1. Cor. 17

mus, nō vtiq; iudicaremur. Nec irridet propheta eos, qui pro viribus deo bonis operibus satis facere volunt, sed docet sacrificia & holocausta & cruorem arietum, non potuisse animæ sordes abluere et peccata tollere, sicut apostolus dicit: Impossibile est, sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Nam huiuscemodi sacrificia secundum se grata non erant deo, sicuti dominus per prophetam dicit: Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & hircorum & agnorum nolui. Volebat tamen & precipiebat sibi ea offerri etiam pro peccatis, non quia ipsa sacrificia inquinatos emundarent ab operibus mortuis ad seruendum deo viventi: sed quia erant quædam protestationes fidei de Christo passuro, per quâ fidem a peccatis mundabantur. Hoc ipsum ipsa lex haud obscure insinuat, quum precipit, quod in oblatione hostiarum pro peccato, sacerdos pro eo orare debeat, ut ei dimittatur peccatum, quasi peccatum remittatur nō virtute sacrificiorum, sed ratione fidei ac deuotionis offerentium. Quod vero Lutherus dicit, ipsum satisfactionis vocabulum in scripturis nusquam inueniri, falsum est. Legitur enim in Leuitico: Quum audisset Moyses verba Aaron, recepit satisfactionem. Verum quia hic textus non videtur loqui de satisfactione quæ fit deo pro peccatis, ne quis relinquatur tergiversandi locus, dicimus ipsam rem per ipsam vocem satisfactionis significatam, tam in veteri quam nouo testamento in infinitis pene locis inueniri, etiam si ipsum verbum nusquam

Heb. 10.

Esai. 1.

Heb. 9.

Leui. 4. &
5.

Leui. 10.

inueniatur. Frustra autem disputatur de nomine quando constat de re, sicut ante docuimus, quum de contritione ageremus.

¶ Adhuc duas rationes Lutheri afferre decreui, quibus satisfactionē lacerare contendit. Primum dicit, neminē posse deo pro vilo peccato satisfacere, quū ille gratis ignoscat nobis omnia. Deinde meritum & passionem Christi prædicat. Dicit Christū passione & morte sua pro peccatis nostris satisfecisse. Passionem autē Christi fuisse sufficientem, non tū ad extirpandum peccatum, sed etiam ad poenā peccato debitam profligendam atq; tollendam. Languores nostros ipse tulit, ait propheta, & dolores nostros ipse portauit. Nulla ergo alia satisfactio, inquit, opus est, præter Christi mortem. Aliæ satisfactiones, quæ nunc hominibus iniunguntur, hominum sunt commenta atq; inuēta. His duabus obiectionibus respondebimus, & finē faciemus satisfactionis. Primum primæ obiectioni satisfaciemus, qua astruere præsumit, neminem posse deo pro vilo peccato satisfacere, deo omnia gratis remittente. Hic LUTHERVS vel aniliter desipit, & vigilans, quod dici solet, somniat: vel non satis intelligo quid sibi velit. Nam si verum dicit, nō video quid opus sit contritione aut confessione deo omnia nobis tam facile & quidem gratis remittente. Si fieri non potest, vt quis DEO pro peccati magnitudine satisfaciat, vbi manebit illud Hieronymi: Anathema sit, qui dicit

Esai. 53.

Matth. 3.
Lucæ. 13.
Psal. 114.

Psal. 100.

Rom. 3.

deum impossibile præcepisse? Præcepit autem poenitentiam, dicens: Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Et iterum: Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Est quidem deus misericors, sed etiam iustus. Misericordiæ eius argumentum habemus evidentissimū, quod peccata nobis cōdonat: iustitiæ vero, quod poenitentiam exigit. Regia via incedere nos oportet, ut nec ad dexterā nec ad sinistrā declinemus. Iniuriā deo facit, qui misericordiam in contumeliā prædicat iustitię, propheta dicente: Misericordiam & iudiciū cantabo tibi domine, Neque vero inficias imus, neminem suis viribus citra Christi gratiam deo pro vilo peccato posse satisfacere, ita ut simpliciter magnitudo poenæ respondeat magnitudini ac gravitati culpæ, quia ut ait ille Peripateticorum princeps in moralibus: Diis, magistris & parētibz nō redditur æquiualens: potest tamen quis virtute clauium, quæ ex merito passionis Christi pro manat, pro virili sua satisfacere, ut saltem inter culpam & poenam sit æqualitas proportionis, si non potest fieri æqualitas quantitatis. Nec deus plus exigit a poenitente. Satisfacimus ergo deo eius adiuti gratia & auxilio, quæ per amicos facimus, nos ipsi quodammodo facimus. Iustificat quidem deus gratis impiū, sed non ignoscit gratis omnia, qui poenitentiam requirit a nobis. Sine me, inquit Christus, nihil potestis facere, & tamen addit, quicquid petieritis patrem in noīe meo, fiet vobis.

¶ Superest etiamnum alteri cauillū, quo

Christi merito & satisfactione nostrum meritum & satisfactionem prorsus damnare concedit, Christū dicit satisfecisse pro peccatis humani generis, quod nos nō inficiamur. Humanum genus perditum, ait Augustinus, meritis operum suorum reparari non potuit. Quid em̄ boni operari potest perditus, nisi quantum fuerit a perditione liberatus? Liberavit & redemit ille, cuius illa vox est: Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Et Apostolus ait: Gratia saluati estis per fidem. Verum ergo est, Christum pro nobis satisfecisse, non abundanter solum, sed etiam superabundanter, ipso Iohanne testante, qui ait: Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantū, sed etiā totius mundi. Ipse pœnam pro nostris delictis luit, ut per gratiam eius, ad gloriam eius peruenire possimus. Et tamē Apostolus quosdam perire dicit, pro quibus Christus mortuus est. Parauit quidē ipse cœnam magnā, vocauit multos, sed pauci veniunt: Multi enim sunt vocati sed pauci electi. Passio quidem Christi sufficiens est causa nostræ salutis, sed non omnes per eam saluantur, quia non omnes per fidē & charitatem ei coniunguntur. Est enim passio Christi veluti medicina quādam gēnalis, quā recte suscepta, morbis omnibus medicatur: sed quæ eā recipere renuit, sicut infideles ethnici, aut qui susceptā euomit, quod peius est, sicut faciūt impij Christiani, dicentes se nosse deum, factis autem negantes, stulte sibi de passione & satisfactione Christi blādiuntur. Nā ipsis Christi passio magis noxia est quā salutaris, & ad salutē cōsequendā plus af-

Aug. Enc.
ca. 19.

Ioh. 8
Eph. 2.

1. Ioh. 2.

Lucæ. 14.
Matth. 20

Tit. 1.

Heb. 10.

fert dispēdij q̄ compendij, ipso Apostolo dicēte: Irritam quis faciens legem Moſi, ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium dei cōculcauerit, & ſanguinem teſtamēti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritu gratiæ contumeliā fecerit? Nemo ergo peccatis impeditus, liberatur, quantūvis etiam pro ipsis ſatisfecerit Chriſtus, niſi paſſio Chriſti, per baptiſmi gratiam, aut pœnitentiæ medicinam, aut alia ſacramenta ſibi fuerit accommodata. Hæc enim vaſa ſunt, in quibus ſalutaris hæc medicina continetur, & inſtrumenta ſunt, quibus infirmis impeditur. Nec ſolū paſſio Chriſti ſufficiens eſt ad tollendā culpam, verumetiam ad tollendum reatum pœnæ, ſiue æternæ ſiue tēporalis. Et ſicut quis ſe participē facit paſſionis Chriſti, ita etiam abſolvitur a reatu pœnæ. Et quia in baptiſmo i morte ipſius baptizamus, & cōſeplimur Chriſto, vbi vetus homo noſter ſimul crucifigitur, vt deſtruatur corpus peccati, & per aquam & ſpiritum ſanctum regenerati, efficiamur noua creatura: ideo per lauacrum regenerationis conſequimur remiſſionem reatus totius pœnæ. Et pœnitentia virtutem ſuam habet ex paſſione CHRISTI, cuius participes redditur pœnitens, ſecundum opera propria, quæ facit, quæ etiam ſicuti materiam habet ipſa pœnitentia. Hoc eſt quod dicit Apoſtolus: Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruare immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibere membra veſtra ſeruare iuſti-

Rom. 6.

Rom. 6.

tia in sanctificationem. Et propheta: Sicut fu-
it sensus vester vt erraretis a deo, decies tan-
tum iterum conuertentes, requiretis eum. Hac
ratione non statim primo poenitentiae actu,
quo remittitur culpa, soluitur reatus poenae:
sed completis omnibus poenitentiae partibus.
Fieri tñ potest, vt quis adeo vehemētem habe-
at contritionem, vt tam poena, quam culpa
simul remittantur. Quod tamen paucorum
est, & incertum cui hoc donatur. Habet ergo
& ipsa satisfactio virtutem suam ex merito
& morte CHRISTI, sine qua nulla homi-
nis satisfactio alicuius momenti esse potest.
Vnde satisfactiones quæ poenitentibus impo-
nuntur, hominum inuenta esse non possunt,
quum CHRISTVS docuerit agendā poe-
nitentiam in cinere & cilicio, & a mortuis re-
surgēs iusserit eam prædicare in remissionem
peccatorum in omnes gentes.

¶ Et si quis versipellis nobis Augustinum
obiiciat, qui dicit libro de poenitentia, nūquam
dñm aliquem sanasse, quē non omnino libera-
uerit. Totum enim hominem sanauit in sabba-
to, quia & corpus ab infirmitate, & animam
ab omni contagione peccati. Nam hæc verba
insinuare videntur, quod remissa culpa, simul
etiam remittatur omnis poena. Respondemus
deum perfecte ipsum totum hominem curare,
quod interdum subito facit, sicut socrum Pe-
tri subito restituit perfecte sanitati, ita vt sur-
gens ministraret illis. Interdum non subito,
sed quasi pedetentim, sicut cæcus ille curatus
legitur, apud Marcum, cui primo restitutus

Baru. 4.

Matt. 11.
Lucæ. 24.August. de
pæ. dist. 8.
ca. Sunt
plures.

Lucæ. 4.

Marc. 8

Luc. 7.

Luc. 23

1. Pet. 2

Aug. in En
chi. ca. 72.

Gal. 5.

Rom. 6

est visus sed imperfectus. Vnde ait: Video homines velut arbores ambulantes, deinde perfecte illuminatus est, & depulsis tenebris diem vidit. In hunc modum etiam deus spiritualiter animæ morbum depellit. Nam quandoque tanta commotione conuertit cor hominis, ut subito sanetur in anima, & non solum culpa remittatur, sed etiam omnes peccati reliquiae tollantur. Documenta nobis sunt Maria Magdalene & latro in cruce poenitens, cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso. Quandoque autem prius remittit culpam per gratiam, quā appellant operantem, & postea per gratiam cooperantem tollit reatum poenae cum alijs peccatorum reliquijs. Vnde factum Christi nobis magno adminiculo ē, ut intelligamus remissa culpa, non simul omnem poenam sublatā aut remissam esse. Faceessant igitur bonorum operum hostes, qui per passiōem & satisfactionē Christi, omnem humanam satisfactionem pro peccatis actualibus inanem esse contendunt. Reliquit nobis Christus exemplum, ut sequamur vestigia eius. Hinc August. dicit: Quicquid gestum est in cruce Christi, in sepultura, in resurrectione tertio die, in ascensione in coelum, & in sede ad dexteram patris, ita gestū est, ut his rebus non mystice tantum dictis, sed etiam gestis configuraretur vita Christiana, quae hic geritur. Nam propter eius crucem dictū est: Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Propter sepulturam: Consepulti enim sumus cum CHRIST Oper baptismum in mortem.

Propter resurrectionem: Vt quemadmodum
Christus resurrexit a mortuis per gloriam pa-
tris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.
Propter ascensionem in cœlum, sedemq; ad de-
xeram patris: Si autem resurrexistis cū Chri-
sto, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est
ad dexteram dei sedens. Quæ sursum sunt sa-
pate, non quæ super terram. Mortui enim estis,
& vita v̄ra abscondita est cum Christo in deo.
Et libro de fide & operibus: In Christo crucifi-
xo, multa possumus discere, & maxime quod
verus homo noster simul crucifixus est vt eua-
cuetur corpus peccati, & vltra non seruiamus
peccato. Vnde etiam de seipso dicit: Mihi autē
absit gloriari nisi in cruce domini nostri IESV
Christi, per quem mihi mundus crucifixus est,
& ego mundo. Proinde attendant & videant,
quemadmodum doceatur atq; discatur Chri-
stus crucifixus, vt ad eius crucem nouerint per-
tinere, quod etiam nos in eius corpore crucifi-
gimur mundo. Vbi intelligitur omnis coer-
tio malarum concupiscentiarum. Hæc Augu-
stinus: Et quia hæretici, sicut modo diximus, si-
bi stulte de merito Christi eiusq; satisfactione
blandiuntur, nostrum meritum satisfactionē-
q; nostram, quæ sit per opera, damnant. Vnde
fit, vt in aliam labantur hæresim, & etiā ipsa
opera bona damnent, in nuda fide ceu mortuo
corpore spem suam ponentes. Afferunt enim
solam fidem sine operibus sufficere ad salutē.
At nos contra dicimus fidem sine operibus bo-
nis, nec impio ad iustificationem, nec iusto ad
salutem æternam consequendam sufficere. De

impio hoc facile fuerit ostendere. Nemo enim in arbitrio voluntatis suæ constitutus, non uam potest inchoare vitam quem non poeniteat veteris vitæ, ut dicit AVGVSTINVS libro de poenitentia. Quare necesse est, ut si impius iustificari debeat, non ponat obicem iustificationi suæ perseuerando in impietate sua: sed ut poeniteat doleatque de peccatis suis, petatque humiliter a deo delictorum suorum veniam, iuxta salubrem Sapientis doctrinam dicentis, Ecclesiastici vigesimo primo: Fili peccasti, non adijcias iterum peccatum, sed de pristinis deprecare dominum, ut tibi dimittantur. At satis constat dolere & veniam postulare, bonis operibus esse annumeranda. Ergo fides sine bonis operibus non satis est impio ad iustificationem. Hinc propheta Ezechiel capite decimo octauo dicit: Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita uiuet, & non morietur, hoc est, non damnabitur, modo in finem usque perseuerauerit. Qui autem negat poenitentiam agere, præcepta domini custodire, facere iudicium & iustitiam, esse bona opera, ostendit se nescire, quid sit bonum opus. Sunt igitur impio opera bona necessaria, ut gratiam, qua iustificetur, accipiat: quam tamen his operibus minime valet promereri. Sunt etiam bona opera iusto ad salutem necessaria. Nam CHRISTVS interrogatus ab adolescente, quid nam sibi factum opus esset, ut vitam consequeretur æternam,

respondit: Si vis ad vitam ingredi, serua man-
data, quæ & ipsa opera sunt. Sic ihs qui miseri-
cordiæ operibus incumbunt, recepit se datu-
rum regnum patris sui, vbi ait: Esuriui, &
dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mi-
hi bibere: nudus fui, & operuistis me. Veni-
te benedicti patris mei, percipite regnū quod
vobis paratum est ab origine mundi. Et ite-
rum: Et procedent qui bona fecerunt, in re-
surrectionem vitæ. Qui vero mala egerunt,
in resurrectione in iudiciū.

Matth. 19

Matth. 25

Iohan. 5.

¶ Verum vt hæc magis fiant perspicua,
argumenta eorum constitui adducere, quibus bo-
norū operū pauperes, ihs qui diuites sunt in bo-
nis operibus insultant. Primum nobis Pau-
lum opponit dicentem ad Romanos tertio ca-
pite: Iustificati gratis per gratiam ipsius, per
redemptionem quæ est in CHRISTO IESU.
Et paulo post: Arbitramur enim hominem iu-
stificari per fidem sine operibus legis. Et ite-
rum: Ei qui operatur, merces non imputa-
tur secundum gratiam, sed secundum debi-
tum. Et rursum dicit ad Romanos vndecimo:
Si autem gratia, iam non ex operibus, alio-
quin gratia, iam non est gratia. Ex his scri-
pturis colligunt, ad iustificationem bona ope-
ra prorsus esse superuacanea. Priusquam ali-
as obiectiones afferam, operæ pretium duxi,
diui AVGVSTINI sententiam afferre, Augusti.
qui libro cui titulum fecit de fide & operibus,
sic ait: Temporibus apostolorum non intelli-
gitis quibusdā subobscuris inis apostoli Pauli.

Rom. 4.

Augusti.

hoc quidam arbitrati sunt eum dicere, id est, quod fides sine operibus sufficiat ad salutem. Cui errori obuians subdit: Quoniam ergo dicit Apostolus, arbitrari se iustificari hominem per fidem sine operibus legis, non hoc agit, ut percepta ac professa fide opera iustitiae contemnantur, sed ut sciat quisque se per fidem posse iustificari, etiam si legis opera non praecesserunt. Et post pauca: Quoniam haec opinio tunc fuerat exorta, alia apostolica epistola, Petri, Iohannis, Iacobi Iudae, contra eam maxime dirigunt intentionem, ut vehementer astruant fidem sine operibus, nihil prodesse, sicut etiam ipse Paulus non quamlibet fidem, qua in deum creditur, sed & eam salubrem plane, quam euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt, & fides, inquit, quae per dilectionem operatur. Vnde illam fidem quae sufficere ad salutem quibusdam videtur, ita nihil prodesse asseuerat, ut dicat: Si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Vbi autem haec fidelis charitas operatur, sine dubio bene viuunt. Plenitudo enim legis charitas. Vnde euidenter in secunda epistola PETRVS quum ad vitam morum sanctitatem hortaretur, sciens de APOSTOLI Pauli quibusdam subobscuris sententiis nonnullos iniquos accepisse occasionem, ut tanquam securi de salute, quae in fide est, bene viuere non curarent, commemorauit, quaedam ad intelligendum difficillima esse in epistola eius, quae homines peruerterent, sicut & alias

Roma. 3.

Gala. 5.

1. Cor. 13

Rom. 13

scripturas ad proprium suum interitum, quum
tamen & ille APOSTOLVS de salute æ-
terna, quæ nisi bene viuentibus non datur, ea-
dem sentiret quæ cæteri apostoli. Sic itaq; Pe- *2. Pet. 3.*
trus: His ergo, inquit, hominibus pereuntibus,
quales oportet vos esse in sanctis conuersatio-
nibus, &c. Et post verba Petri, de Iacobo dicit *Iaco. 2.*
Iacobus autem vehementer infestus est eis, qui *Marc. 7.*
sapiunt fidem sine operibus valere ad salutē, *Matt. 16.*
vt illos etiam dæmonibus comparet dicēs: Tu *Iaco. 2.*
credis quoniam vnus est deus, bene facis, & dæ-
mones credunt & contremiscunt. Quid verius
breuitis, vehementius dici potuit, quum & in
euangelio legamus hoc dixisse dæmonia, quū
CHRISTVM filium dei cōfiterentur &
ab illo corripērentur, quod in Petri confessione
laudatum est? Quid proderit, ait Iacobus, fra-
tres mei, si fidem dicat se quis habere, opera au-
tem non habeat? Nunquid poterit fides salua-
re eum? Dicit etiam, quia fides sine operibus
mortua est. Quousq; igitur falluntur, qui fide
mortua sibi vitam perpetuā pollicētur? Quā
sententiam confirmat alias dicens: Quoniam *August.*
Paulus apostolus prædicans iustificari homi- *li. 83. qst.*
nem per fidem sine operibus, non bene intelle-
ctus est ab eis, qui sic acceperunt dictum, vt pu-
tarent, quum semel in Christū credidissent, et-
iam si male operarentur, & facinorose flagitio
seque viuerent, saluos se esse posse per fidem.
Locus iste huius epistolæ, eundem sensum Pau-
li apostoli, quomō sit intelligendus exponit. Ide-
oque magis Abrahæ vtitur exemplo, q sine o-
peribus legis, quam non acceperat, per fidem

N

iustificatus est. Quum enim bona opera commemorat Abraham, quæ eius fidem comitata sunt, satis ostendit Paulum apostolum non ita dicere iustificari hominem per fidem sine operibus, ut si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari: sed ad hoc potius, ut nemo meritis priorum bonorum operum arbitretur se peruenire ad donum iustificationis, quæ est in fide. In hoc enim se gentibus in Christum credentibus Iudæi præferre cupiebant, quod dicebant se meritis bonorum operum, quæ in lege sunt, ad euangelicam gratiam peruenisse, id eoq; scandalizabatur multi, qui ex Iudæis crediderant, quod incircuncisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde apostolus Paulus dicit posse hominem sine operibus præcedentibus iustificari per fidem. Nam iustificatus per fidem, quomodo potest nisi iuste operari: quauis antea nihil operatus iuste ad fidei iustificationem peruenierit, non merito bonorum operum, sed gratia dei, quæ in illo iam vacua esse non potest, quum iam per dilectionem operetur. Deinde ostendit Augustinus Iacobum non contrariari doctrinæ Pauli, quia alioqui Paulus sibi ipsi contrarius esset. Quia sicut dicit hominem iustificari per fidem sine operibus, ita etiã dicit, non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Vnde docet homines secundum carnem viuentes, opera carnis facientes, ut fornicatores sunt & ebriosi, regnum dei non possessuros. Concludit itaque Augustinus dicens: Quapropter non sunt sibi contrariæ duorum apostolorum sententiæ Pau-

Rom. 3.

Rom. 2.

Rom. 8.

1. Cor. 6.

Gala. 5.

II & Iacobi, quū dicit vnus iustificari hominem per fidem sine operibus, quia ille dicit de operibus, quæ fidem præcedunt; iste de his q̄ fidem sequuntur, sicut etiam ipse Paulus multis locis ostendit.

¶ His ceteri fundamentis præmissis, argumentis respondebimus, & non grauatim concedimus impiū gratis iustificari per gratiam, hoc est, citra opera meritoria. Opera em̄ quæ facit impius extra gratiā & charitatem, quam uis etiam ex gr̄ie bona sint, mortua sunt, & idcirco neq̄ gratiā (hanc enim operū meritis, quæ innituntur iustitiæ nemo consequi potest) neq̄ vitam æternam merentur, quia non proficiuntur ex illo meriti principio ac fonte, gratia uidelicet & charitate, sicut docet Apostolus in epistola ad Ro. ca. 4. & 11. & multis aliis locis. Eadem tñ opera si fiūt a peccatoribus poenitentibus, ac veniā humiliter petentibus, gratiam impetrant, non quod eam mereantur, sed tātum ex sola diuina misericordia, ac diuina liberalitate exaudiuntur & impetrant, Vñ propheta dicit: Non in iustificationibus nostris prosterneamus preces nostras ad te domine, sed in miserationibus tuis magnis. Sic mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, lachrymis suis lauādo pedes Iesu, tergēdoq̄ capillis suis, impetrauit peccaminū suorū remissionē. Sic publicanus ascendens in templū ad orādū, firma fide & fiducia in deū, humiliter dñm p̄catus est, & gr̄a impetrata descēdit iustificatus in domū suam. Sic Cornelij adhuc gētilis oratio exaudita est, & eleemosynæ eius cōmemorate sunt in cōspectu dei, q̄bus obtinuit, vt Petr⁹ a dño ad se mī-

Dani. 9.

Luce. 7.

Luce. 18.

Actu. 10.

teretur, a quo & baptizatus est, cum omnibus necessarijs & cognatis, spiritu sancto etiam in signo visibili super eos descēdente. Sed qđ longius moror? Multi hoc modo tam in veteri q̃ in nouo testamēto leguntur iustificati. Impij autē in impietatibus suis veluti in sordibus permanentes, & in malis operibus permanentes nec quippiam impetrant nec merentur. Vacua enim est (vt scriptura dicit) spes illorum, & labores eorum sine fructu, & inutilia opera eorum. Hi enim immundi sunt, & quasi pānus menstruatae vniuersae iustitiae eorum, neq̃ habere hāreditatem poterunt in regno Christi & dei. Iustus autem siue iustificatus, bonis suis operibus meretur. Meretur autē pōnae quae peccatis eius debetur, vel diminutionem vel remissionem, secundum quod opera eius sunt satisfactoria a confessore iniuncta. Meretur & augmentum gratiae & prēmium vitae aeternae, quod infinitis ferme scripturis probari potest. Sapientis vox est: Iusti in perpetuum uiuent, & apud dominum est merces eorum. Itē: Reddidit deus iustis mercedem laborum suorum. Huc pertinet & illud: Qui timetis deum, credere illi, & non euacuabitur merces vestra. Et saluator in euangelio: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in coelis. Et iterum: Merces vestra multa est in coelo. Item: Quicumque dederit vni ex minimis istis calicem aquae frigidae, non perdet mercedem suam. Non opinor quempiam tam stupidum esse, qui nesciat mercedem respondere merito praecedenti, quod iustitiae innititur. Merces

Sapi. 3.

Ephē. 5.
Galat. 5.Sapi. 3. 5.
Sapi. 10.
Ecci. 2.Matth. 5.
Lucā. 6.
Matth. 10.

Matth. 10.

enim ac meritum relatiue ad sese inuicem dicuntur, & simul sunt naturali intelligentia, ita vt vnum sine altero nequeat intelligi. Vbi ergo merces datur, merito præcedenti, cui ex iustitia debetur, datur. Quum igitur subinde in scripturis sanctis reperiatur merces, quæ operi debetur, etiam in cælo, consequitur profecto, ipsa opera bona quæ ex gratia & charitate fiunt, esse pro peccatis satisfactoria, & meritoria præmij cœlestis. Hinc Apostolus ait: Vnusquisque mercedem accipiet secundum laborem suum. Et alio loco: Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut domino, & non hominibus, scientes quod a domino accipietis retributionem hæreditatis. Et iterum: Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur deus. Nonne hic aper tissime docet Apostolus hominē operibus misericordiæ promereri deum, qui iustorum est merces æterna, ipso testante vbi ait ad Abraham: Ego ero merces tua magna nimis. Iohānes quoque hortatur fideles dicēs: Videte vosmetipsos, ne perdat is quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis.

Errant igitur homines, non aduertentes quid intersit inter impetrare & mereri. Impetrat impius gratiam bonis operibus, quia non ex iustitia, sed ex dei liberalitate & misericordia. Meretur iustus æternam gloriam, quia meritum ad diuinam iustitiam refertur. Licet enim deus nulli sit debitor, sibi ipsi tamē efficitur debitor, id est, ordinationi suæ, qua ordinauit & instituit promissitque bonis operibus se merce-

1. Cori. 3.

Col. 3.

Heb. 13.

Genes. 27.

Matt. 20

dem redditur. Reddendo ergo nobis mercedē, suā satisfacit ordinationi. Deus autem fidelis est, seipsum negare non potest. Vnde & paterfamilias redditurus mercedem operarijs vineæ, prius eduxit eos, facta conventionē mercedis cum ipsis ex denario diurno. Meritum ergo humanum ex præordinatione diuina pendet, ex qua habet meritorius actus, quod respiciat deum vt debitorem. Et quia meritum innitur iustitiæ, ideo de operarijs dixit: Quod iustum fuerit, dabo vobis. Et iterum: Voca operarios, & redde illis mercedē suā. Iubet illis mercedē, quæ cōducti sunt ad laborādū, & pro quā cōuentio facta est, dari. Et vni murmuranti dictū est: Amice non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario diurno conuenisti mecum? Conuentio nem itaque deus nobiscum facit, vt pro meritis bonorū operum, quæ hic in vinea domini, hoc est, in eius ecclesia, laborantes ex gratia et charitate, facimus, det nobis mercedem repromissam in cœlis. Non enim est iniustus deus, ait Apostolus, vt obliuiscatur operis vestri & laboris suscepti. Et alibi: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius.

Hebr. 6.

2. Tim. 4.

Rom. 2

¶ Ex his facile soluemus reliquas obiectiones, quas bonorū operū hostes solent obijcere. Dicunt enim: Apostolus dicit, Iustus ex fide uiuit, uita uidelicet gratiæ, non ergo ex operibus. Et iterum: Credenti in eum qui iustificat impium,

reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiae Dei. Et de Abraham dicit, quod credidit deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Christus quoque in euangelio ubique salutem eorum quos sanauit, ipsorum fidei adscripsit. Ex his omnibus apparet, fidem sine operibus iustificare impium. His potest addi, quod Christus apud Marcum dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et illud quod habet apud Iohannem: Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & crediderit ei qui me misit, habet vitam aeternam. Et in iudicium non veniet, sed transiet a morte in vitam. Ex his inferunt fidem sine operibus sufficere iusto, ut salutem aeternam consequatur.

¶ Respondemus & non imus inficias iustum ex fide, non quidem mortua, sed viua quae per dilectionem operatur, viuere vita gratiae. Ad impium etiam requiritur fides, ut iustificetur, quia sine fide impossibile est placere deo. Sic Abraham fides viua fuit, & per dilectionem operans, adeo ut filium suum praecipienti domino non dubitaret offerre. Vnde Iacobus ait: Abraham pater noster, nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est? Quando autem colligunt, ergo fides iustificat, dico quod fides informis iustificat, non tanquam id quo proprie iustificamur, sed sicut id quod disponit ad iustificationem impii, ad quam necessario talis fides exigitur

N 4

Matt. 9

Mar. ult.
Iohan. 5
Heb. 11Gen. 22.
Iac. 2

& prærequiritur. Disponit ergo & hoc absq̃ merito bonorum operum, quia gratia iustificans, quam theologi primam appellant, non cadit sub merito: non tamen absq̃ operibus q̃ gratiam impetrare solent, cuiusmodi sunt peccatorum confessio, humilis & deuota oratio, & id genus alia. Fides autem quæ per dilectionem operatur proprie et (vt ita dicam) formaliter iustificat, iuxta illud Pauli: Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum, qui videlicet iustificat vt autor & fons iustitiæ efficit iustificationem nostram. Ad impii quippe iustificationem plura exiguntur, nempe deus, si des, gratia, charitas, sacramentum, opera bona, sicut patet ex iis quæ diximus. Vnde nihil cōtra nos facit, quod Christus salutem infirmorum quos sanauit fidei eorum tribuerit. Fides enim adeo est necessaria ad salutem consequendam, etiā infirmis, vt sine ipsa homo nullo modo salutem possit consequi. At qui contendunt eam solam seclusis bonis operibus sufficere, tota via errant. Et sic intelligendum est, quod Christus dicit: Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit. Et quod apud Iohannem dicitur, qui credit ei qui me misit, habet vitam æternam, et in iudicium non veniet. Hic enim semper Christus loquitur de ea fide, quæ per dilectionem operatur, quæ quidem charitatis dilectio ociosa non est, operatur enim magna si est, si autem operari renuit, profecto charitas non est, vt ait Gregorius. Propterea Augustinus in Enchirid. ca. 116. Qui non amat, inquit, inaniter credit, etiam si sunt vera, quæ credit.

Et de fide & operibus cap. 7. rationem reddit,
quare apostoli plerunque in epistolis suis prius
insinuauerint fidem, ac deinceps quod ad vitā
bonam pertinet subiecerint. Quia, inquit, &
in homine ipso nisi præcedat fides, vita bona
sequi non poterit. Quicquid enim homo velu-
ti recte fecerit, nisi ad pietatem, quæ ad deum
est, referatur, rectum dici non oportet. Et iterū:
Quidam in occasionem carnis & in velamen-
tū malitiæ acceperūt, quod scriptū est, nos ad
nouū testamētū pertinentes, nō ancillæ filios *Gal. 4.*
esse, sed liberæ, qua libertate Christus nos libe- *Gal. 5.*
rauit: non intuentes quod dictum est: Vos in li-
bertatem vocati estis fratres, tantum ne liber-
tatem in occasionem carnis detis. Et Petrus *1. Petr. 2.*
apostolus: Liberi, non sicut velamen malitiæ
habentes libertatem. De his & in secunda epi- *1. Petr. 2.*
stola ait: Hi sunt fontes sicci, quibus caligo te-
nebrarum reseruata est, libertatem illis pro-
mittentes, quum ipsi serui sint corruptionis. A
quo quis enim deuictus est, huic & seruus ad-
dictus est.

Verum quia vt sunt homines illi in ma-
la opera præcipites, tardi ad virtutes & bona
opera, ne quid boni cogantur facere, omnia in
utilia esse contendunt, dicentes: Vox domini *Lucæ. 17.*
est, Quum feceritis omnia quæ præcepta sunt
vobis, dicite serui inutiles sumus: quod debui-
mus facere hoc fecimus. Quare, inquit, ope-
ra nihil valent ad promerendam vitam æter-
nam. Præ furore & inuidia qua contabescunt,
non vident hæretici, quid dicant. Vnde verbū
Christi in eis completum est, vbi dicit: In iudi *Iohan. 9.*

cium ego in hunc mundum veni: vt q nō. &c.
 Nam si oculos habent, quid nobis hāc scriptu-
 ram opponunt, q non nostram sententiā, sed i-
 psoꝝ dementiam apertissime oppugnat? Si in-
 utilis seruus est, q facit omnia q pcepta sunt ei
 a dño, an nō magis inutilis dño suo erit seruus
 ille, qui nihil operatur nec mandata dñi opere
 cōplet? Discant ergo hanc parabolam Christi
 de dño, ac arante seu pascente seruo intelligere
 Docet Christus non superbiēdum esse in bonis

Theoph. operibus. Ideo dicit: Quis vestrum habens ser-
 uum. Vbi Theophylact⁹ dicit: Mōstratur per
 hanc parabolam, quod non oportet extolli in
 bono opere, imo neq; in oīm mandatoꝝ imple-
 tione. Seruo enim necessitas incumbit, vt faci-
 a: mandata dñi, neq; vt bonū opus sibi ascri-
 bere debet. Quippe si non operabitur, dignior
 est multis plagis: quum a ūtoperatus fuerit, cō-
 tentus sit q plagas effugerit. Igitur & q seruit
 deo, etiā si mandata perficiat, non debet extol-
 li. Nihil em̄ magnū fecit, sed v̄e erit ei, nisi fece-
 rit, sicut Apost. dicit: V̄e mihi, nisi euangeliza-
 uero. Proinde si dona fuerit affecutus, non de-
 bet in illis super bire, & de eis se iactare. Bñfi-
 cia em̄ sunt, per misericordiam illi cōcessa, nō
 q debeat ei aliqd dans, imo seruus debet dño
 suo, vt faciat oīa eius mandata. Hactenus ille.

1 Cor. 9.

August.

**Iohan. 9.
Roma. 1.**

Quod Theophy. dicit dñm nihil debere seruo
 operanti, sic intelligendū puto, quia vt habet
 August. in Enchirid. ca. 106. ip̄a hoīs bona me-
 rita, dei sunt munera, quibus cum vita æterna
 redditur, qd nisi gratia pro gr̄a redditur? Vñ
 vitā æternā, q certa merces est bonoꝝ operū
 aposto. gr̄am dei appellat. Gr̄a vero nisi gratis

sit, gr̃a non est. Sic & Ambro. hūc locū expli-
 cat, dicēs: Sequitur, vt nemo in operibus glorie-
 tur, q̃a iure dñō debemus obsequium. Nā si tu
 non dicis seruo aranti, aut boues pascenti, tran-
 si recumbe, vbi intelligitur, quia nullus recū-
 bit, nisi ante transferit. Sicut ergo tu non solum
 non dicis seruo tuo recūbe, sed exigis ab eo ali-
 ud ministeriū, & gr̃as ei non agis: ita nec in te
 patitur dñs vnus vsū esse operis aut laboris
 q̃a dum viuimus debemus semper operari. Er-
 go agnosce te esse seruū, pluris obsequijs defoe-
 neratū. Nō te p̃feras, q̃a filius dei diceris, agno-
 scenda gr̃a, sed non ignoranda natura. Neq̃ te
 iactes, si bene seruisti, quod facere debuisti. Et
 nos ergo non a nobis laudē exigamus nec p̃ri-
 piamus iudiciū dei, & p̃ueniamus sententiā iu- Beda.
 dicis: sed suo tempori, suo iudici reseruemus. In
 hunc modū & Beda exponit dicens: Itaq̃ dici
 te serui inutiles sumus. Serui quidē, q̃a p̃cio em-
 pti estis. Inutiles vero, q̃a dñs bonorū vestrorū
 non indiget. Si aut̃ inutilis est qui fecit oīa quid
 de illo dicendū est, q̃ explere q̃ p̃cepta sūt, vel
 infirmitate non potuit, vel quod peius est super- Rom. 8
 bia despexit. Aliter: Serui inutiles sum. q̃a nō
 sunt condignā pass. huius temp. ad superuētū.
 gloriā, q̃ reuelabitur in nobis. Hęc igitur est in
 hominibus fidei perfectio, si omnibus quæ sunt
 p̃cepta impletis, imperfectos se esse nouerit.
 Et alibi: Qui coro. te i misera. & miseri. Non
 ait in meritis & operibus tuis, quia cuius mise-
 ricordia p̃uenimur, vt humiliter deo seruiamus
 eius munere coronamur vt sublimiter cum illo
 regnemus: Quod debuim⁹ facere fecim⁹. Reuera

Cyrillus.

1. Cor. 5

Iob. 35.

debuimus, quia quod non venit ministrari, sed ministrare, debitores sibi nos fecit, ne nostris videlicet operibus confidentes, sed de eius semper examine pauētes, cum propheta dicamus: Quid retribuamus domino pro omnibus quod tribuit nobis? Hæc Beda: His adstipulatur Cyrillus eandem parabolam edifferens: Docet autem dominus, inquit, quod ius potestatis dominicæ, quasi debitam subiectionem requirit a famulis, cum subdit: Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ sibi imperauerat? Non puto. Per hoc morbus superbię tollitur. Quid superbis? Ignoras quod si non persoluis debitum, periculum imminet. Si vero persoluas, nullam gratiam facis, secundum illud Pauli: Si euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi est. Vt mihi si non euangelizauero. Considera ergo, quod qui apud nos dominantur, non referunt gratias, quum alicui subditorum statuta sibi presequuntur obsequia, sed ex beneuolentia sapientiorum prouocantes affectum, maiorem eis appetitum seruiendi aggenerant: Sic & deus petit quidem a nobis famulatum iure seruitij, verum quia clemens & bonus est, honores laborantibus pollicetur, & supereminet beneuolentiæ magnitudo. Sumus ergo serui inutiles, quia ex ministerio & seruitio nostro, quod domino deo debemus, nihil illi accrescit. Vnde quidam sanctorum dicit: Dixi domino, deus meus es tu, quoniam honorum meorum non eges. Et Hieronimus dixit ad Iob, & recte quidem: Si peccaueris, quid ei nocebis? Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua, & filium hominis adiu-

uabit iustitia tua. Deo ergo, etiam cum fecerimus omnia, quæ præcepta sunt nobis, inutiles serui sumus; nobis tamē valde vtilis, si ea spontanea & prompta voluntate impleamus. Vnde seruo bono & fideli a dño dicitur: Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudiū domini tui. Et Apostolus de seipso dicit: Nam etsi euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Omnia tamen quæ facimus, in gloriam dei referenda sunt. Nisi enim seruus faciens voluntatem & præcepta domini sui, sibi utilis esset, non dixisset dominus: Et post hæc tu manducabis & bibes. Quæ verba Beda exponens ait: Postquam ipse tuæ prædicationis opere delectatus tuæque compunctionis epulis fuero refectus: tunc demum tu transies & recumbes, æternisque meæ sapientiæ dapibus in æternum reficieris.

¶ Ex ijs quæ diximus, consequitur, opera iusti in gratia & charitate facta, esse satisfactoria pro peccatis: quæ etiam augmentum gratiæ & vitam merentur æternam. Opera vero impij poenitentis, impetrant quidē grām iustificatē, sed non merentur. At opera impij non poenitentis, nec gratiam impetrant, nec secundum iustitiam diuinam alicuius præmij sunt meritotia. Peccator enim qui secundum duritiam suam & impoenitens cor, thesaurizat sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius, indignus

1 Cor. 9.

Matt. 5.

Luc. 11.

Roma. 2.

est etiam pane quo vescitur, & vita ipsa, ut dicit Augustinus. Nec tamen impius propterea ocio vacare debet, aut a bonis operibus se abstinere, quia etiam ea opera quæ impius in impietate sua permanens facit, ipsi multipliciter profunt.

Exod. 1.

¶ Primum enim valent ad impetranda bona temporalia, ut patet de obstetricibus Hebræorum, quibus in remunerationem dominus ædificauit domos, de quo Gregorius: Benignitatis obstetricum merces potuit in vita æterna retribui, sed culpa mendacis terrenam compensationem accepit. Ad hoc pertinet, quod Augustinus dicit de Romanis, quos iustitia & actibus strenuis imperiū a deo promeruisse astruit. Ad hæc, huiusmodi opera plurimum momenti habent ad euitandam transgressionem præcepti, sicut præceptum est (ut exempli causa dicamus) honorare parentes, eleemosynam de eo, quod superest, pauperibus largiri, poenitentiam a sacerdote iniunctam explere, horas canonicas legere. Deinde non parum conducunt ad resistendū prauis concupiscentiis, quia proni sumus ab adolescentia ad malum, ne quis præceps feratur in peccatum, sicut scriptum est: Ignem ardentem extinguit aqua: & eleemosyna resistit peccato. Qui enim frequenter recte operatur, habitum sibi generat bene operandi, & assuescit bonis operibus, & ad id quod bonū est & rectū, fit promptior alacriorque: quo fit, ut tandem ex charitate operari incipiat, qui prius erat & operabatur in statu da-

Gene. 3.

Ecc. 3.

mnatiōis eterne. Sic & opera q̄ q̄s nō virtutis
 amore, sed formidine p̄c̄n̄e, hoc est, vt seruus
 operatur, charitatem inducere solent. Vñ Au- August.
 gustinus: Quum per timorem gehennae conti-
 net se homo a p̄c̄tō, sit consuetudo iustitię, &
 incipit quod durum erat amari, & incipit ex-
 cludi timor a charitate, & succedit timor casti-
 quod timemus ne tardet sponsus, ne discedat, ne
 eo careamus. Et iterum: Sicut seta introducit filiū
 ita timor charitatem, crescit charitas miru-
 itur timor, & conuerso. Denique faciunt non
 parū ad tēporalis p̄c̄n̄e relaxationē, aut saltē
 eterne diminutiōem, si charitatē nō induxerit August:
 Vñ August lib. de p̄c̄nit. dist. 3. ca. Si quis non
 habens charitatē, in aliquo schismate constitu-
 tus, ne Ch̄m neget, patitur tribulationes, fa-
 mem, persecutionē, vel flāmas, vel bestias, vel
 ip̄am crucem timore gehennae, nullo modo ista
 culpanda sunt, imo h̄c est laudanda patientia.
 Non em̄ dicere poterimus, melius ei fuisset vt
 Christum negando nihil eorum pateretur quā
 passus est confitendo, sed aestimandum est, tole-
 rabilius ei futurum iudicium, quam si CHRI-
 ST V M negando, nihil eorum pateretur: vt
 illud quod ait A P O S T O L V S, si tra- 1. Cor. 13
 didero corpus meum ita vt ardeam, charitatē
 autem non habuero, nihil mihi prodest, intelli-
 gatur ad regnum coelorum obtinendum, non
 extremi supplicij iudiciū tolerabilius subeun-
 dū. Si autē charitatem induxerit, liberat om̄ino
 a gehēna, & sunt moritoria vitā æternā. Hęc
 ille. Consulēdū est igit oib, moīs peccatorib, vt

Gala. 6.
Eccl. 9.

Eccl. 12.
Danie. 4.

Eccl. 12.
Danie. 4.

August.
de past.

dum tempus habent operentur bonum, & studeant adimplere illud Sapientis: ut quodcunque poterit manus eorum, instanter operentur. Non sunt deterrendi aut retrahendi a bonis operibus, sicut Lutherani faciunt, sed potius ad virtutes extimulandi sunt admonendique, ut pietatis opera non in apostatas monachos, non in moniales quæ primam fidem irritam fecerunt, & nunc sub honesto matrimonij vocabulo se contantur non in circulatores circumforaneos, sycophantas & mimos, sed in veros catholicos pauperes exercent, iuxta illud quod scriptura dicit: Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem: benefac humili, & ne des impio. Ita consuluit Daniel regi Nabuchodonosor dicens: Consiliū meū placeat tibi rex, peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum. Itaque docet diuus Gregorius, cuius verba habentur de poenitentia, dist. III. ca. Falsas.

¶ Error iste quo damnantur bona opera, de quo nunc disseruimus, ad fouendam inertiam aptissimus est, & forte tolerandus apud eos, qui dicunt: Viuite ut vultis, securi estote, deus ne minem perdit, tantummodo fidem Christianam tenete. Non perdet ille quod redemit, pro quibus sanguinem suum fudit. Magna est dei misericordia, quæ totum ignoscit. Conuiuamini, implemini cibo & vino, ad hoc enim data est ista creatura, ut perfruamini. Hæc si dixerimus, inquit Augustinus, forte congregabimus turbas ampliores. Sed erimus pastores nosmetipsos pascentes, non oues. Relinquamus ergo hæc Epicureis, Illud vero quis ferat, ubi asse-

runt iustum in omni opere bono peccare? Huius erroneæ assertionis autor est Lutherus, qui quum omnes omnium hæreticorum fere hæreses, æternis abdēdas tenebris, perduxerit in lucem hoc vnum axioma non solum falsum sed etiā absurdū excogitauit. Quod ideo ipsum fecisse arbitror, ne quis illi obijciat, nihil noui ab ipso inuentū. Inuenit ergo, imo somniauit, iustū in omni bono opere peccare, quo quid possit dici desirius non video. Pugnat em̄ ex diametro cum sacris literis. Nonne in principio Genesios legimus, dñm respexisse ad iustum Abel & ad eius munera, quod nequaquam fecisset, si hæc offerēdo deliquisset & peccasset? Vnde ad Cain impium & munera eius non respexit. Donā enim iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis. Iusti igitur faciūt opera sancta ac bona & ab omni labe peccati mūda, & proinde deo grata & accepta. Impij autē non sic. Similiter quippe odio sunt deo impius & impietas eius. Hinc in Proverbijis dictum est: Opus iusti ad vitā, fructus autem impij ad peccatum. Et in Paralipomenon legitur, quod in Hierusalem constituit Iosaphat leuitas & sacerdotes & principes familiarum ex Israel, vt iudicium & causam domini iudicarent habitatoribus eius, præcepitq; eis dicens: Sic ageris in timore dñi fideliter & corde perfecto. Omnem causam quæ venerit ad vos fratrum vestrorum, qui habitant in urbibus suis inter cognationem & cognationem vbicunq; quæstio de lege, de mandato, de ce-

Gene. 2.

Eccli. 34.

Sapien. 14

Prou. 10.

2. Palip. 1.

O

remonijs, de iustificationibus, ostendite eis, ut non peccēt in dñm, & ne veniat ira dei super vos, & super fratres vestros. Sic ergo agentes non peccabitis. Quid, quod de Iob legitur: In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neq; stultum quid contra deum loquutus est: Et iterum in Iob scriptum est: Visitans speciem tuā non peccabis. Sapiētia quoq; ait: Qui operantur in me non peccabunt, & qui eluciant me, vitam æternam habebunt. Et Psalmista hortatur, dicens: Irascimini & nolite peccare. Et iterum: In corde meo abscondi eloquia tua, ut nō peccem tibi. Præterea si iustus in bono opere peccaret, peccaret & virgo si nuberet, sicut voluerunt Manichei, Taciani, & Marciani. At virgo si nubat, nō peccat, ut docet Apostolus: 1. Cor. 7. 2. Pet. 2. Quin & apostolus Petrus hortatur ad bonorum operum exercitium, dicēs: Satagite fratres, ut per bona opera certam faciatis vestram vocationem & electionem. Hæc enim facientes, nō peccabitis aliquādo. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in eternū regnū dñi & saluatoris nostri Iesu Christi. Et Iohannes dicit: Omnis qui natus est ex deo, peccatū non facit, quoniam semen eius manet in eo, & non potest peccare, quia ex deo natus est. Dicit Iohannes eum qui ex deo natus est, non posse peccare, quando sequitur instinctum & inclinationem charitatis, secundum quam natus est ex deo, quia charitatis non agit perperam. Et iterum: Hæc scribo vobis, ut nō peccetis, sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem IESVM CHRISTVM iustū. Præ

Iob. 1.

Iob. 5.

Ecli. 24.

Psal. 4.

Psal. 118.

1. Cor. 7.

2. Pet. 2.

1. Ioh. 3.

1. Cor. 13.

1. Ioh. 2.

rea apostolorum princeps Petrus dicit: Ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deum. Paulus quoque: Fructificantes, inquit, in opere bono, Et iterum: Euigilate iusti, & nolite peccare. Pro hac sententia facit quod Christus dixit: Si oculus tuus fuerit simplex, non habens aliquam partem tenebrarum, totum corpus tuum (id est, tota congeries operum tuorum) lucidum erit.

1. Pet. 2.

Coloss. 1.

1. Cor. 15

Matth. 6

Luc. 11.

¶ Multa quidem præterea adduci possent si opus esset, aduertendam hanc nuper natam hæresim. Verum hæc sufficere arbitror. Mihi tantum propositum est, rationibus eius quibus dogma suum stabilire ac confirmare contendit, respondere. Principio Esaiam pro se citat dicentem: Facti sumus ut immundi omnes nos, & quasi pannus menstruæ vniuersæ iustitiæ nostræ. His verbis propheta innuitur Lutherus veluti baculo arundineo. Nam propheta secundum Hieron., interpretacionem loquitur de populo Iudaico pro eo tempore, quando nec dum saluator aduenerat, hoc est sub tempore legis, quando imaginem terreni portauit, non autem adhuc imaginem superælestis. Vnde iustitia quæ in lege est ad comparationem euangelicæ puritatis, immunditia nominatur. Si quis igitur ait Hieronymus, post euangelium Christi & aduentum filij Dei paedagogæ legis obseruat ceremonias, audiat populum confitentem, quod omnis illa iustitia panno sordidissimo comparetur. Non ergo Hieronymo teste de iustitia CHRISTIANO

Esa. 64.

Hierony.

rum, quam per totum mundum Christi euangelio coruscante faciunt, propheta locutus est. Ad hæc, ipsius prophetæ verba quæ statim sequuntur, indicant quod non loquitur generaliter de omnibus: sed de ijs tantum qui in enormia scelera atque flagitia lapsi erant. Vnde subsecutus adiungit dicens: Et cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Et paulo post: Ciuitas sancti tui facta est deserta. Hierusalem desolata domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, ubi laudauerunt te patres nostri facta est in exustionem ignis. Hæc autem omnia acciderunt eis propter peccata sua, & præsertim idololatriæ, sicut satis constat. Captiuitatis igitur Babylonice miseras plagit propheta, in qua propter idololatriæ crimen facti fuerunt immundi omnes, & vniuersæ eorum iustitiæ quasi pānus menstruaturæ. Sic & hoc turbido seculo & maligno tempore LV THERANI, ob sacrilegia, apostasias, fornicationes, adulteria, & vt breuiter dicā, infinita crimina facti sunt imundi omnes, & vniuersæ eorum, non dico iustitiæ, quum sint iniusti & impij, sed iniustitiæ impietatesque longe sunt sordidiores abominabilioresque panno menstruaturæ. Infidelibus enim hereticis nihil est mundum, sed inquinata & polluta est eorum mens & conscientia.

Tit. 1.

Eccles. 7.

¶ Nec contra nos facit, quod dicit Ecclesiastes: Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet, quia nemo est, qui non aliquando (quæ est humana fragilitas) peccet, non tamen in omni opere bono. Quod ergo sapiens

dicat huiusmodi est: Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet aliquando hoc est, peccabit, vt peccet referatur non ad tēpus p̄sens, sed futurū siue p̄teritum, & perinde valet ac si dixisset. Non est homo iustus in terra qui nunq̄ peccabit, & ita allegat diuus Augustinus: Septies quippe cedit iustus in die & resurgit. Sic etiam Hieron. hunc locum explicat dicens: Quamuis aliquis iustus sit, tñ dū in hac carne est constitutus, subiectus est vitijs atque peccatis, & maiore p̄sidio indiget.

¶ Simili prudentia obijcit nobis Luth. illud quod in Psalmis scriptum est: Non intres in iudicium cum seruo tuo dñe, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quæ quidem verba si aliquid faciunt, nihil tñ pro Luthero faciunt. Vñ August. sic ea exponit. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo dñe. Noli inquit, me iudicare secundū te, qui es sine peccato, quia non iustificatur in conspectu tuo omnis viuens: quod de hac vita dictū esse, sine difficili quæstione intelligitur. Et quod ait, non iustificabitur, ad illam perfectionem iustitiæ retulit, quæ in hac vita non est. Hęc August. Facile igitur donamus neminem viuere qui sic iustificetur vt omni prorsus careat neuo peccati: non tamē propterea consequitur, iustū in omni opere bono peccare. Hinc August. in expositione Psalmi 141. vñ hæc sumpta sunt verba dicit: Ante mortē ne laudes hominē quēq̄. Quid ipsi arietes, quid ip̄i aposto. de quorū prole dicitur, affer te dño filios arietū? Ex his Paulus ē q̄ dicit nō se esse perfectū, Nō q̄ iā acceperim, inquit, aut

Augusti.
de spū & lī
tera.
Prouer. 24
Hierony.

Psalm. 141

August.
de perfec
tione iusti
tiae cōtra
Celestium

Ecclesi. 17

Philip. 3.

iam perfectus sim.

Rom. 7.

¶ Demiror autem qd Luth. in mentē venerit
vt hoc loco nobis pro se Paul. obijceret Roma
nis scribentē: Nō quod volo bonū, hoc ago sed
quod odi malū, hoc ago. Nō em̄ quod volo bo
nū, hoc facio, sed quod nolo malū, hoc ago. Et
iterū: Video aut̄ aliam legē in mēbris meis re
pugnantē legi mentis meę, & captiuantem me

Rom. 8.

in lege peccati. Dicit em̄ Apost. ipse ca. sequen
ti tanq̄ explicando seipsum, nihil damnatiōis,
id est, pēti aut culpe, esse ijs q̄ sunt in Ch̄o Ie
su, qui non secundum carnem ambulant. Lex
em̄ spiritus vitæ in Ch̄o Iesu, liberauit me a
lege pēti & mortis. Ex his verbis Apost. satis
patet, in Christianis mente lege dei seruienti
bus, concupiscētiā carnis repugnantem le
gi mentis, nullum esse pētm, quam tñ Aposto.
pētm appellat, quia pēto facta, pēti pœna est.

1. Cor. 5.

Sic etiam Apost. de Ch̄o dicit: Eum qui nō no
uerat pētm, pro nobis deus pētm fecit, id est,
hostiā pro peccato. Dilexit em̄ nos & tradidit
semetipsum oblationē & hostiā deo pro pecca
tis n̄ris. Hostia em̄ pro peccato oblata, i sacra
scriptura dicitur pētm, iuxta illud, peccata po
puli mei comedent, siue quia peccata nostra,
id est, pœnas peccatis nostris debitas, ipse per
tulit in corpore suo super lignum, vt pētis mor
tui, iustitiæ viuam. Ipse em̄ pēta multorū tulit,
ait propheta. Deceptus ergo est Luth. equiuo
cationis sophismate. Peccatum em̄ non tñ cri
men aut culpam significat, vt delirat Lutherus,
sed etiam nonnunq̄ peccati pœnam & hostiā

1. Pet. 2.

Esaiæ. 53

tui, iustitiæ viuam. Ipse em̄ pēta multorū tulit,
ait propheta. Deceptus ergo est Luth. equiuo
cationis sophismate. Peccatum em̄ non tñ cri
men aut culpam significat, vt delirat Lutherus,
sed etiam nonnunq̄ peccati pœnam & hostiā

pro peccato oblatam.

¶ Et quia superius inter opera poenitentiae aut satisfactionis, ieiunium, abstinenciam, vigiliis, & alia huiusmodi opera quibus carnē affligimus, posuimus, quae omnia damnant Lutherani, paucis etiam ea tangemus. Neque enim decet, ut ieiunium & abstinenciam negligamus quae semper maximam secum afferunt utilitatem. Quapropter merito laudatur Theodosius Iunior Imperator, quod plerumque ieiunabat, & maxime quarta feria & sexta studio Christianismi, ita quod non aliud quam monasterium domus regia esse videretur. Et ut summatim dicam, quantum bonum sit ieiunium, quantaue virtus sit abstinencia, discutiam utilitates quae ex ipsis provenire solent. Et quis abstinencia homini innumeras afferat utilitates, ex innumeris tamen tres tantum praecipuas numerabo, quas consequitur qui ventri bellum indicit, & ieiunio & abstinenciae operam dat, continens se a carnibus, ovīs, vino & si quae sunt eius generis alia. Primum enim huiusmodi abstinencia siue ieiunium concupiscentiae carnalis flammam reprimat. Sine Cerere enim & Baccho, inquit comicus poeta, friget Venus, hoc est, per abstinencia cibī & potus frigescit luxuria. Hinc Hieronymus: Veter inquit, me Oceanum. ro aestuans, facile despumat in libidinem. Ideo Augustinus: Carnem vestram domate ieiunijs quantum valetudo permittit. Beatus Hieron. de ipso scribit, quod repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabat. Esus enim carniū & potus vini ventrisque saturi-

Q 4

- ras, seminarium libidinis est. Nolite inquit Apost. inebriari vino, i quo est luxuria. Hinc Hieronymus lib. 3 in epistolam Pauli ad Ephesios, dicit: Quod si intelligerent quidem hæc Apost. verba, nunquam me temeritatis & hæreseos arguissent, q̄ in virginitate seruanda dixerim, vinum adolescentulis declinandum, & non mittendum super flammā oleum, nec naturalem carnis ardorem, fomentis voluptatis augendum. Bonum em̄ est, ait Apostolus non māducare carnē & vinū nō bibere. Loth postquam vino incaluerat, dormiuit cum filiabus suis. Vinum em̄ & mulieres apostatare faciunt sapientes. Secundo ieiuniū ad sublimia contemplanda mentē eleuat. Testatur hoc Daniel de se dicens: In diebus illis ego Daniel iugebam triū hebdomadarū diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum nō introierunt in os meum. Post hoc ieiunium reuelationem accepit & consolationem ab angelo, q̄ dixit ei: Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuū ad intelligendum, vt te affligeres in cōspectu dei tui, exaudita sūt verba tua. Filij etiā proph. quos ieiunos hospitio suscepit Helizæus, herbis agrestibus victitabāt. Dicit em̄ scriptura: Misit Helizæus vnum in agrū vt herbas agrestes colligeret, inuenitque quasi vitē syluestre, & collegit ex ea colloquintidas, quas decoxit & hospitib. apposuit. Quūq̄ illi clamarēt, mors in olla: eius amarorē farina dulcorauit. Et Ecclesi. dicit: Cogitavi in corde meo, abstrahere a vino carnē meā vt animum meum trāsferre ad sapientiā. Vñ recte Horat.
- Eph. 5.
- Rom. 14.
Gene. 20.
- Ecclesi. 30.
- Danie. 10.
1. Reg. 10.
- Ecclesi. 2.
- Horatius.

Vides, inquit, vt pallidus omnis, cœna de sur-
gat dubia, quin corpus onustum, hesternis viti-
is, animum quoque prægrauat vna. Atque af-
figit humo, diuinæ particulam auræ. Magno
ergo & excellenti ingenio viri, quum se doctri-
næ penitus dedidissent, & ad inquirendæ veri-
tatis studium se contulissent, intemperantiam
tanquam scœdissimum mōstrum execrati sunt.
Hippocrates medicus probatissimus docet vi-
uendum esse temperate. Nam eos homines qui
gulæ ac ventri student, nunquam bene valere,
neque longeuos esse posse, eorumque animos
nimio sanguine, nimiaque sagina ita esse im-
peditas, ac si luto forent obuolutæ, & id-
circo nihil tenue nihilque cœleste meditari pos-
se, sed duntaxat de patinis & scœda ventris in-
gluuiæ. Pythagoras & Zenocrates summi
philosophi, & innumeri alij omne studium cir-
ca temperantiam habuisse leguntur, ita vt olu-
sculis & fruge vescētes carnibus & vino ab-
stinuerint. Quid quod Anacharsis philosophus
sola aqua pro potu v sus legitur, & adeo oēm
intemperantiam horruisse, vt statuas emerue-
rit hoc vno epigrammate, lingua, ventre, pu-
dendis abstinendum esse, omnem intemperan-
tiam damnantes. Tertium ad quod valet ab-
stinentia, est satisfactio pro peccatis. Hinc do-
minus peccatores ad pœnitentiam vocans per
ioelem dicit: Conuertimini ad me in toto cor-
de vestro, in ieiunio & fletu & planctu. Sic A-
chab pœnitens scidit vestimenta sua, & ope-
ruit cilicio carnem suam, ieiunauitq; & dor-
miuit in sacco, & ambulauit demisso capite,

Pythago.
Zenocra.

Anachar.

Iona. 3.

& misericordiam cōsecutus est a deo. Sic Nini
uita ad prädicationem Iona prädicauerunt ie
iunium & vestiti sunt faccis a maiore vsq; ad
minorem. Et vidit deus opera eorum, quia con
uersi sunt de via sua mala, & misertus est su
per malitiam quam locutus fuerat, vt faceret
eis, & non fecit. Has rationes aut vtilitates ab
stinētiæ ponit Cyrillus libro septimo contra
Iulianum: Plurimi, inquit, apud nos fuere sum
ma bonitate conspicui, qui ad eam peruenere
continentiam, & ita seipso castigant, vt eti
am ijs quæ ad vitam vtilissima, strenue absti
nere voluerint, nempe pane & oleo, & herbis
& leguminibus inuitabilem ventris necessita
tem placarunt, vsi pura aqua, & exercitatiōis
labore gaudentes, ita vt nihil illis esse censue
rint melius, & reiectaneus quidem apud ipsos
nullus cibus fuit, abstinerunt autem a nonnul
lis, mentis ad deteriora propensionem remorā
tes, & carnis lasciuiam compescentes, ita vt
mentis oculum magis subtilem haberent.

Actu. 17.

1. Cor. 15.

¶ In Actis apostolorum legimus Epicure
os contulisse cum Paulo, Sunt & nunc Christi
ani Epicurei. Quid enim sunt aliud, dicentes
quotidie: Manducemus & bibamus, cras em
moriemur? Quo pertinet & illud: Nihil erit
post mortem. Vmbra enim transitus est vita
nostra. Dixerunt enim apud se non recte cogi
tantes: Coronemus nos rosas, antequam mar
cescant: nullum pratum sit, quod non pertrās
eat luxuria nra: vbiq; relinquamus signa lēti
tiæ, qm hæc est pars nra. Post mortē nulla vo
luptas: Hi sunt Epicurei, q hac tēpestare dānāt

Sapient. 2.

ieiuniū, abstinētiā, tēperantiā, saturitatē ieiuni
 is pferētes. Dicūt em̄ ieiuniū deo nō esse gratū
 aut acceptū, dicente propheta: Quare ieiunauī *Isai. 58.*
 mus, & nō aspexisti: humiliauimus aīas n̄as,
 & nescisti. Si deus, ingūt, non respicit n̄a ieiū
 nia, imo nescit, hoc esse, non approbat, qd tādē
 cōmodi ieiunātes accipiemus. Sed mētita est in
 iquitas sibi. Nos Ch̄iani dicamus: Ieiunemus
 & oremus, cras em̄ moriemur. Nec tñ oīno mo
 riemur. Comes moriēti aut vita erit, aut pēna.
 Dicimus itaq; ieiuniū (quēadmodū & cātera
 opera ex gr̄e suo bona) opus esse deo ex se gra
 tum ac ipsi homini frugifēre ac salubre, meri
 toriū quoq; modo ex gr̄a & charitate proce
 dat. Redditur aut vitiosum ex praua intentio
 ne, aut peruerso fine, aut si defuerit aliq; alia cir
 cūstantia bono operi necessaria. Nō em̄ satis
 est bonum, siue opus virtutis facere, sed oport
 et etiam bonum bene & opus virtutis, sicut re *Deut. 10.*
 cta ratio postulat, facere, sicut scriptum est: Iu
 ste quod iustum est, persequaris. Licet enim ie
 iunium bonum sit opus, est tñ etiam ieiunium *Matt. 6.*
 hypocritarum, quod Christus reprobāt, dicēs:
 Quū ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tri
 stes. Extermināt em̄ facies suas, vt pareāt hoī
 bus ieiunantes. Amē dico vobis, qā receperūt
 mercedē suā. Ieiuniū igitur eorū q sic ieiunant,
 nec deo gratū est, nec illis proficuū. Tale erat
 Iudaeorū ieiuniū, id quod indicāt verba dñi rñ
 dētis eorū q relē. Ecce, ingt, ī die ieiunij v̄ri in
 uenitur volūtas v̄ra, & om̄es debitores v̄ros
 repetitis, & percutitis pugno impie. Quod ex *Gregori.*
 ponens Gregorius in Pastoral. dicit: Voluntas
 ad lāritiam pertinet, pugnus ad irā. Incastrum

ergo per abstinentiam corpus atteritur, si inordinatis moribus dimissa mens dissipatur. Vñ subdit dñs dicēs: Nolite ieiunare sicut vsq; ad hāc diē, vt audiat in excelsō clamor vester. Non dicit dñs hāc quasi reprobādo ieiunium, quod toties p̄cipit & cōmēdat, sed malitiā impietatis q; ieiunantiū arguit. Non em̄ dicit Nolite ieiunare, sed nolite ieiunare sicut vsq; ad hāc diē, vt audiat in excelsō clamor vester. Hoc est quod Sapiēs dicit: Qui baptizatur a mortuo & iterū tangit mortuū, quid proficit lautio illius? Sic hō q; ieiunat in peccatis suis, & iterū eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet? Et ideo beatus Hieronymus lib. 13. in Esaia verba prophetæ explicans dicit: Quare ieiunauimus & non aspexisti & c. Iniuste arguūt dominum, q; bona opera non respiciat, solā q; ventris esuriem, absq; opere virtutum ingerunt deo. Et pharisæus impietatis cibus saturat⁹ & iniquitatis vino inebriatus, inter cætera verba superbiæ iactabat se bis ieiunare in sabbato. Propterea respondit deus, q; non ieiunia reprobet, sed opera quæ in eis fiunt. Quid enim prodest ieiuniora pallere, & ad lites & ad iurgia ieiunare, dicēte scriptura: Qui amat peccata, gaudet iurgijs. Huiusmodi ieiunia & in exordio huius prophetæ dominus arguit dicens: Ieiunium & ocium, neomenias & sabbata, & alias vestras solennitates odit anima mea. Vnde p̄cipitur per Ioel: Sanctificate ieiunium, p̄dicare curationem, vt a vitijs ieiunemus, & bonis operibus curatisq; peccatis, fiant sancta ieiunia. De

Eccj. 34.

Hierony.

Lucæ. 18.

Esaia. 1.

Ioel. 2.

niſq; ſequitur: Egrediatuꝛ ſpōſus de cubili ſuo,
 & ſponſa de thalamo ſuo, vt tempore ieiu- Pſal. 37.
 vacemus orationi, ne interior homo noſter ſtra-
 conis veſcatur carnibus, qui datus eſt in eſcā
 populis æthiopum. Et hæc dicimus, non quo ie- Dani. 9.
 iunia reprobemus, per quæ & Daniel vir de- Ionæ. 3.
 ſideriorum futura cognouit, & Niniuitæ iram 3. Reg. 19.
 placarunt dei, & Helias ac Moyſes quadra- Exod. 34.
 ginta dierum eſurie dei familiaritate ſaturati Matth. 4.
 ſunt, & ipſe dominus totidem diebus in ſolitu-
 dine ieiuauit, vt nobis ſolennes ieſuniorum di-
 es relinqueret; ſed quod nō proſit vacuum por-
 tare ventrem, & alia facere quæ deo diſplicēt.
 Vnde docet dominus quomodo ieiuandū ſit.
 Nec ab hac ſententia diſcrepat, quod beatiffi- Leo.
 mus papa Leo ſermone primo de quadageſi-
 ma habet: His igitur, inquit, dilectiſſimi freti
 armis, impigre atq; intrepide propoſitum no-
 bis certamen ineamus, vt in iſto ieiuioꝝ ſtu-
 dio, non eo tantum ſimus ſine contenti, vt ſolā
 ciborum abſtinentiam putemus eſſe ſectandā.
 Paruum enim eſt, ſi carnis ſubſtantia attenua-
 tur & animæ fortitudo nō alitur. Afflicto pau-
 lulum exteriori homine, reficiatur interior, &
 ſubtracta carnis ſaturitate corporea, ſpirita-
 libus mens delitijs roboretur. Incontinentiam
 caſtitas procul pellat, mendaciꝝ tenebras lux
 abigat veritatis, quia os quod mentitur, animā
 mentientis occidit. Detumeſcat ſuperbia, hu-
 militas reſumatur, reſipiſcat iracundia, cō-
 minuantur iacula noxarum & obreſcatio lin-
 guæ refrenetur, ceſſent vindictæ, & obliuioni
 dentur iniuriæ. Omis poſtremo plantatio, quā

non plantauit pater coelestis, radicitus auferatur. Tunc enim bene in nobis virtutum semina nutriuntur, quoniam de agro cordis nostri omne germen exterminij euellitur. Hinc Origenes homilia 10. in Leuiticum de ieiunio Christianorum disputans, ait: Vis tibi adhuc ostendam, quale te oportet ieiunare ieiunium? Ieiuna ab omni peccato, nullum cibum sumas malitiae, nullas capias epulas voluptatis, nullo vino luxuriae concalescas. Ieiuna a malis actibus, abstine a malis sermonibus, contine te a cogitationibus pessimis. Noli contingere panes furtiuos peruersae doctrinae. Non concupiscas fallaces philosophiae cibos, qui te a veritate seducant. Tale ieiunium deo placet. Abstinerere vero a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & hoc facere cum his qui Christum crucifixerunt, acceptum esse non potest deo. Haec tenus Origenes. Nihil ergo, inquit Pius papa, prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate, & obrectationibus lingua cohibeatur. Praeter ieiunium igitur corporis, quod per abstinentiam cibi & potus certis temporibus obseruatur in ecclesia, est aliud ieiunium spiritale a peccatis, sine quo corporale nihil prodest, quod semper absque aliqua intermissione obseruare nos oportet. De quo Augustinus super Iohannem dicit: Ieiunium magnum & generale est ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus seculari abstinere, quod est perfectum ieiunium in hoc seculo. Quasi quadragesimam abstinentiae celebramus, quum bene viuimus, quum ab ini-

De conse.
dist. 3. ca.
Nihil.

De conse.
dist. 5. ca.
Ieiunium.

quitatibus & illicitis voluptatibus abstinemus.

¶ Verum non contenti adhuc hæretici, hoc est, parasiti, sycophantæ, ganeones, qui patria cum filio prodigo abliguriunt bona, popinæ tamen somnificatores, quibus pallida semper ora fame, Christi verba trutinant & afferunt, qui dicit: Quod intrat in os, non coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore. Ergo indiscriminatim vescendum est omni cibo. Si Philoxenus Eryxius nobis hoc dilēma obijceret, si quum esset voluptatibus defluens epularum atque pultiuoræ, deos traditur (ut ait Aristoteles) precatus, ut longius sibi guttur quam gruis fieret, ob id ipsum quod tactu delectabatur, fortassis ferendum esset. Ad modo quis ferat, quum ab ijs qui se & Christianos nominant & esse volunt, profertur, quos non pudet deprauare scripturas ad suam ipsorum damnationem, quorum damnatio iusta est. Neque enim Christus eo loco ieiunium aut abstinentionem a certis cibis reprobatur, sed malitiam Iudæorum ostendit, eorumque superstitionem damnat, qui gratia semper negligentes & necessaria, maxima de friuolis cura sollicitabantur. Putabant enim non lotis manibus manducare panem, grande crimen esse, & non parum coinquinare hominis conscientiam. Multa, inquit Chrysostomus, erant a sacerdotibus innouata, ex quibus illa erant, ne illotis comederent manibus, calices ac vasa ænea & seipso baptizarent. Quum oportuisset eos progressionē temporis huiusce

Matt. 23.
Marci. 7.

Aristo. 3.
ethico.

Chrysost.

modi obseruationes continere, pluribus ac maioribus seipso coartauerunt. Quia ex remanentem culpam contrahebant, quod nullam de mandatis dei curam facientes, obseruationum contemptores vlciscebantur. Reprimit ergo Christus eorum audaciam, atque ostendit non oportere illos qui delinquent in maximis, pro paruis aliorum criminibus adeo moueri. Non enim accusari debet, qui accusandus non est. Vnde dixit: Quare etiam vos transgredimini mandatum dei propter traditionem vestram? Nam quoniam transgressores legis discipulos ostendere conabantur, id ipsum eos reuera facere ostendit, & discipulos ab hoc crimine vindicauit, quibus etiam dixit: Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Quae autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemiae. Haec sunt quae coinquinant hominem. Non lotis autem manducare manibus, non coinquinat hominem. Curae ergo nobis sit, quomodo animam atque mentem puram atque defecatam offeramus deo. Sordescunt quippe manus etiam lotae homicidio ceterisque operationibus prauis: os autem maledictione, blasphemia, contumelia, verbis iracundis atque obscenis, dissoluto risu atque scurrilitate. Secundum doctrinam ergo Christi, nullus cibus qualiscumque sit, est immundus secundum se & naturam suam, aut coinquinat hominem. Omnis enim creatura dei bona est, & a bono principio con-

dita. Si enim cibus aliquis secundum naturam
 suam coinquinaret hominem culpabiliter, nul-
 li vnquam homini illo vesci liceret: quē admo-
 dum nulli hominum vnquā licet fornicari aut
 adulterari, quia etiam philosopho teste, hæc cō-
 tinuo nomine suo cū prauitate connexa sunt,
 ita vt circa ea nullum sit tempus recte agēdi,
 sed semper delinquitur. Lac ergo & oua, car-
 nes & omnes cibi liberi sunt nec coinquinant
 hominem, & libertas eorū nobis permittitur,
 quæ tamen tolli potest vel per præceptum su-
 periorum, hoc est dei vel ecclesiæ, vel per vo-
 tum proprium, vel per generalem consuetudi-
 nem quæ per totum orbem vel prouinciā ali-
 quam vnanimi consensu obseruatur. Exem-
 plis ac scripturis ista declarabo: Nemo nescit
 ipsum Adamum a deo præceptum accepisse,
 ne sumeret de fructu ligni scientiæ boni & ma-
 li. At ille suggerente muliere seductus, come-
 dit de fructu sibi vetito, & nō solum se, sed &
 totum genus humanum in se tanquam in radi-
 ce infecit & coinquinauit originalis culpæ ma-
 cula, ob quam omnes morimur, vt docet Apo-
 stolus. Id ergo quod intrauit in os eius, coinqui-
 nauit eum, non quia cibus aut fructus ille im-
 mundus erat, sed quia a deo interdictus. Sic eti-
 am ecclesia quæ per spiritum sanctū regitur,
 statutis diebus prohibet nobis quosdam cibos.
 Qui autem ecclesiam non audierit, sed ex cor-
 de malo atque peruerso, hoc est ex contemptu
 præceptorum dei & ecclesiæ, aut cum scanda-
 lo proximi, aut contra votū proprium, come-
 derit cibum aliquem alioqui de se licitum, gra-

Aristotel.
 2. ethic.

Gen. 3.

Rom. 7.

Augustin, uiter peccat, & animam suam multum maculat. Vnde de peccato Adæ scribens Augustinus lib. 14. de ciui. dei, ca. 12. ita dicit: Non ideo debet quis existimare leue ac paruū fuisse illud peccatum commissum in paradiso, quia in esca factum est, non quia mala ac noxia, nisi quia prohibita.

¶ Tollitur quoque hæc libertas per votum, quando quis voto se astringit, aliquot diebus aut per totam vitam non comedere carnes aut oua aut caseū aut lac. Quod enim quis deo uet, implere tenetur. Vnde in Deuteronomio **Deute. 23.** scriptum est: Cum votum uoueris domino deo tuo, nō tardabis reddere, quia requireret illud dominus deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatū. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promissisti domino deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es. Et Ecclesiast. dicit: Si quid uouisti deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Sed quodcumque uoueris, redde. Multoque melius non uouere, quam post votum promissa non reddere. Propterea Baruch de dijs aureis, & argenteis & lapideis & ligneis, quos Babylonij colebant, & non sunt dij, differens ait: Si quis illis uotū uouerit & non reddiderit, neque hoc requirunt. **Socrates.** Stultus ergo fuit Socrates, quod ante mortem familiares suos rogauit, ut Aesculapio gallū quem uouerat, pro se sacrarent. **Lacta. li. 3.** Timuit uidelicet, ne apud Rhadamāthum receptorem vo-

diui. insti.
ca. 27.

ei reus fieret ab Aesculapio. Dementissimum hominem putarem, ait Lactātiū, si morbo affectus perisset. Quum vero hoc sanus fecerit, est ipse insanus, qui eum putet esse sapientem. Et ne quis huiusmodi abstinentiæ vota quæ domino deo facim⁹, absurda aut illicita aut talia in quibus fides rescindenda est, esse contendat, exemplum Rechabitarum in medium afferam, qui positis corā se calicibus & cyphis plenis vino, nolentes bibere, responderūt: Nō bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater nṛ pcepit nobis dicēs: Non bibetis vinū vos & filij vestri vsque in sempiternum. Obediimus ergo voci patris nostri, vt non bibere mus vinum cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostræ, & filij & filia nostræ. Quam magnum autem sit & proficuū homini ex obedientia a prohibitis alioqui de se licitis abstinere, testatur dominus ipse ad eos dicens: Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.

Hiere. 35.

¶ Tollitur ergo nobis (vt dixi) libertas cōcedendi hūc vel illū cibum alioqui de se licitum, vel per præceptum superiorum, quibus parere nos oportet, vel per votum, quod deus requirit a nobis. Tollitur etiam, quando tota aliqua natio, regio, prouincia, diocesis ob aliquam antiquam & generalem consuetudinem, causamque rationabilem solet abstinere

P 2

Auguſti.

te a quibusdam cibis, vt ouis, lacte, carnibus, vino. Tales enim conſuetudines vim legis habere diſcoſcuntur, quam quilibet in ea terra obſeruare tenetur, maxime quando eccleſia conſenſit in eam. Vnde Auguſtinus ad Caſſulanium ſcribens ait, & habetur diſtinctione vnde decima ca. In his: In his rebus, de quibus nihil ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi dei vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt, & ſicut prauaricatores diuinarum legum, ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt. Et contra Donatiſtas dicit conſuetudines eccleſiæ vniuerſalis ab apoſtolis fuiſſe traditas, quamuis multa non inueniantur in literis eorum nec in concilijs poſteriorum: & tamen quia cuſtodiuntur per vniuerſam eccleſiam, non niſi ab ipſiſ tradita & commendata creduntur. Conſuetudines ergo quæ non ſunt contra fidem, & per vniuerſam eccleſiam cuſtodiuntur, ita firmiter obſeruare tenemur, ac ſi apoſtoli præcepiſſent ac inſtituiſſent. Sic ex conſuetudine eccleſiæ ſextis feriis non veſcimur carnibus, ſicut nec in ſabbato. Si quis ergo in contemptum eccleſiæ & ſummi pontificis cum rebellibus hæreticis illis diebus vel tempore ieiunij veſceretur carnibus, non effugiet manum omnipotentis DEI. Vnde ſi quis quærat, quare dies Veneris debeat eſſe piſculenta, dicimus vetuſtam eccleſiæ conſuetudinem eſſe cauſam. Eadem ratione populus Chriſtianus feria quarta & ſexta ieiunare conſuevit. Quod verum eſſe teſtis eſt græcorum doctiſſimus Ori-

Origenes

genes, qui homilia decima in Leuiticum dicit:
 Habemus quadragesimæ dies ieiunijs conser-
 cratos, habemus quartam & sextam septima-
 næ dies, quibus solenniter ieiunamus. Eius cō-
 suetudinis Augustinus ad Ianuarium rationē
 reddit, dicens: Cur quarta & sexta feria maxi-
 me ieiunat ecclesia, illa ratio reddi posse vide-
 tur, quod quarta consilium ad occidendum do-
 minum Iudei fecisse reperiuntur. Sexta autem,
 quia eo die passus est. Sabbato etiam ecclesia
 Romana, & multæ aliæ præcipue occidentis
 ieiunant, quia illa die dominus requieuit in mo-
 numento. Huc vsque Augustinus. Sic adhuc
 ex consuetudine ecclesiæ, quadragesimali ie-
 iunio a carnibus abstinemus, de quo Hierony-
 mus ad Marcellam aduersus Montanum huc
 in modum scribit: Nos vnam quadragesimā
 secundum traditionem apostolorum toto anno
 tempore nobis congruo ieiunamus. Illi (de hæ-
 reticis Montani sectatoribus sentit) in anno
 tres faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint
 saluatores. Non quo & per totum annum ex-
 cepta pentecoste (sic enim appellat intervallū
 quod est inter pascha & diem pentecostes) ie-
 iunare nō liceat: sed quod aliud sit necessitate,
 aliud voluntate munus offerre. Verba ista in-
 dicant quadragesimam non solum ab aposto-
 lis obseruatam in memoriam ieiunij, sed etiā
 passionis Christi. Dicit enim Hieronymus de
 Montanis: Tres in anno faciunt quadragesi-
 mas, quasi tres passi sint saluatores. Quid hic
 de nostris dicam hæreticis qui nullam obser-
 uant quadragesimam, quasi nullus passus sit

Augustin.

Hierony.

August.

saluator? Quasi vero minus impium sit dicere, nullum saluatorem passum quam tres. Similem ergo nostri cum Mōtanis proferunt de CHRISTO blasphemiam. Et Augustinus libro secundo ad inquisitiones Ianuarij ca. de cimoquinto. Quadragesima, inquit, ieiuniorū habet auctoritatem & in veteribus libris ex ieiunio Moyfi & Helia, & ex euangelio, quia totidem diebus dominus ieiunauit, demonstrās euangelium non dissentire a lege & prophetis. In qua ergo parte congruentius observatio quadragesimæ constitueretur, nisi confinis atque contigua dominicæ passioni? Cuius rationem pulchre eo loco explicat Augustinus. Sed & ieiunātium in quadragesima diuersitas ad vnguem describitur libro nono histor. eccl. tripar. c. 38. vbi quadragesimæ observatio etiam dicitur ex consuetudine ecclesiæ initium sumpsisse. Ignatius quoque epistola quarta ad Philippenses sic habet: Dies festos nolite inhonorare, q̄dragesimā vero nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet dei conuersationis, hebdomadam etiam passionis nolite despiciere. Quarta vero & sexta feria ieiunare, reliquias pauperibus erogantes. Verba hæc beatissimi martyris licet sint pauca, non tamē perfunctorie legenda sunt, sed penitus inspicienda, & inueniemus ea esse nihil aliud quam languentis animæ medicinam. Dies, inquit, festos nolite inhonorare. Vbi nunc sunt, qui blaterant omnes totius anni dies iuxta esse æquales, qui festos dies nō solum inhonorant, sed etiam ore sacrilego blasphemant? Addit Ignatius

Ignatius,

tius: Quadragesimam nolite pro nihilo habere. Rationem subnectit: Imitationem enim continet dei conuersationis. Et hic nostros percutit hæreticos, qui quadragesimam etiam dānant, nedum pro nihilo habent. Sequitur: Hebdomadam passionis nolite despicere. An non videntur vobis hebdomadam passionis despicere, q̄ illo sacratissimo tempore, ipso die parasceues quo mortis chirographū, quod erat aduersum nos, per **CHRISTVM** deletum est, quo do-
 minus maiestatis regnauit in ligno, quo exposi-
 liauit principatus & potestates in carne sua, nulla habita temporis ratione, in carne voluntates cuticulam eurant ociosi, & carnes deuorant vt canes, minime cum Paulo recogitantes eum qui talem sustinuit aduersus semetipsum contradictionem? Apostolus dicit: Si es-
 ca scandalizat fratrem meum, non manduca-
 bo carnes in æternum. At boni illi viri qui nihil aliud ore crepant, quam **PAVLVM** & **CHRISTVM**, non alia ratione carnes deuorant, nisi vt infirmos pro quibus Christus mortuus est, scandalizent in contemptum dei & ecclesiæ. Multo christianior Philo-
 dæus, in libro de vita nostrorum, id est, de viris apostolicis, vbi laudat conuentus & ieiunia eorum, qui apostolorum adhuc tempore vivebant. Ait enim. Quid autem addere his opus est, etiam de conuentibus eorum, qui tales erant, vt seorsum quidem viri, seorsum autem in eisdem locis fœminæ cōgregarentur, & vt vigiliis, sicut apud nos fieri moris est, peragerent, & maxime diebus illis quum passionis dominicæ solennitas celebratur, quum in

Col. 2.

Heb. 12.

1. Cor. 3.

1. Cor. 8.

Philo.

ieiunijs pernoctare, & lectionibus sanctis auditum præbere consueuimus. Deinde explicat quomodo dominicæ passionis solennitas peragebatur, dicens: Et ut unus ex omnibus consurgens in medio, psalmum honestis modulis concinat, utq; præcinenti ei vnum versiculū, omnis multitudo respondeat, atq; in ipsis diebus in terra recumbentes (sicut antiqui moris fuisse dicitur) vinum quidē nemo omnino (ut ipse ait) ne gustu quidē contingat, sed nec quālibet carnem, tantum autem aqua sit eis potulum, & panis cum sale vel hyssopo cibis. Hic modus & ordo celebrandi solennitatem dominicæ passionis, nondum erat abrogatus tempore Eusebij Cæsariensis, ut ipse refert lib. 2. hist. eccles. Quomodo autē nostri hæretici memoriam passionis peragant, non in ieiunijs, sed in crapula & ebrietate, in cubilibus & impudicijs, aliorum esto iudiciū, & viderint ipsi, utpote pro se rationem reddituri.

¶ Nam reliqua videamus: Feria quarta inquit Ignatius, & sexta ieiunate, reliquias pauperibus porrigentes. At pseudo prophetæ nec feria quarta & sexta ieiunāt, nec reliquias pauperibus porrigunt, sed canibus potius deuorandas (ut sunt immisericordes) obijciunt. Nō enim admittunt pauperes & mendicos, non aduertētes Iohānem baptistam præcepisse pharisæis & saducæis: Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti: Et qui habet escas, faciat similiter. Ambrosius taxat eos, qui prætermissa deuotione quadragesimæ, quinquagesimam se facere menciuntur, quum id neq; diuinis literis

Luc. 3.

Ambro. de
ps. 14.

iubeatur, neq; traditum sit autoritate maiorū.
Vnde dicit: Bonum quidem est cunctis tempo-
ribus ieiunare, sed melius quadragesimam ie-
iunare, cum Christo. Hanc enim quadragesi-
mam nobis dominus suo ieiunio consecrauit.
Quisq; ergo Christianus consecratam ieiunan-
do non impleuerit quadragesimam, præuaria-
tionis & contumaciæ reus tenebitur. Nam si-
cut reliquo anno ieiunare præmiū est, ita in qua-
dragesima non ieiunare pœnā est. Tradit Am-
brosius eos qui in quadragesima prande-
bant, violare ieiunium. Qualis, inquit, Christi-
anus es, quum domino ieiunante tu prandes?
Ex quibus verbis peruium fit, antiquis fuisse
consuetudinem semel comedendi in quadrage-
sima, nec ieiunantes cibum solitos capere ante
vesperā, carnibus quoq; & vino abstinuisse.
Nunc hæretici alia ingrediuntur via, & absti-
nentiæ Christianæ frena laxantes, se Curios si-
mulant & bacchanalia viuunt, & abstinentiā
a carnibus tempore ieiunij damnant. Quasi
vero Danielis exemplo, qui leguminibus & a-
qua naturæ satisfecit, non satis doceamur tem-
poribus ieiuniorum a cibis delicatioribus esse
abstinendum, quod est carnes non comedere &
vnguenta nō quærere. Et quare annuo quadra-
gesimæ tempore ieiunamus? Vt carnem no-
stram affligamus. Et quomodo carnē affligit,
qui carne & vino & cibis tanta arte paratis v-
titur? Ergo temporibus ieiuniorum semper ci-
bi tenues minusq; alentes fuerunt p̄scripti, nec
liberum cuiq; fuit quibuscunq; edulijs vesci.
Quis em̄ putaret illum carnē suam castigare

Iuuenalis
Dani. 1.

Hierony.

& seipsum punire, qui opipare dapibus se saturaret optimis, etiam si semel in die, id tantum faceret? Plenus venter facile de ieiunijs disputat. Vnde in diebus ieiuniorum sumendus est cibus minime exq̄situs, qui non multum nutriat, qui naturam valeat sustentare non saginare. Cum sale panis latrantem stomachum bene leniet. Inter omnia autē ieiuniorum genera, postremum est, quod abiectis tantum carnibus, pisces & ea quæ statim proueniunt nō aspernatur. Minus enim pisces alunt q̄ carnes, & minus appetuntur. Et quod minus appetitur, minus auide deuoratur, quia irritamenta gulæ non habet. Magnum scilicet putamus si carnibus abstinendum est? In primitiua ecclesia vel nihil sumebant, vel radicibus victitabant, vel pane & aqua ieiunium absoluebāt. Ieiunius raro stomachus vulgaria temnit.

Lucæ. 1.

Matt. 3.

Marc. 1.

Luc. 3.

2 Mach. 6.
& 7.

¶ Quam grata sit deo abstinētia, scriptura in multis locis docet, in qua ne vnum quidē iota scriptum est frustra. Angelus gabriel missus a deo ad Zachariam ad annunciandū conceptum Iohannis baptistæ in laudem eius prædixit illū vinū & sicerā non bibiturum, quod & factū est. Ipse em̄ postea v̄sus est vestimēto de pilis camelorū & zona pellicea circa lumbos suos. Esca ei⁹ erat locustæ & mel syluestre. Vñ vix hūano cibo vtebat, & ita aspere in cibo se habuit. vt Ch̄sus dixerit eū nō comedisse. Et q̄ graue p̄ctm̄ sit vesci carnibus, aut alijs cibis, quæ ecclesia certis anni temporibus prohibet, cū pusilloꝝ scandalo, liquet ex Eleazaro & Machabeis, q̄ potius mori elegerūt, q̄ cōtra

diuini legis prohibitionem cum scandalo alio
 rum Iudeorum suillis vesci carnibus. Apostolus **1. Cor. 8.**
 Paul. dixit se potius in eternū carnib. velle ab
 stinere, q̄ esca fratrem suū scandalizare. Vnde **Ro. 14.**
 de Romanis scribens ait: Si propter cibum fra
 ter tuus contristatur, iam nō secundū charitatē
 ambulas. Et quā ob rem ille non secundū cha
 ritatem ambulat? Quia scandalizat fratrē su
 um. Propterea dicit: Noli cibo tuo illum perde
 re pro quo Christus mortuus est. Et paulo post:
 Noli propter escam destruere opus dei. Omnia
 quidem munda sunt, sed malū est hoi q̄ per of
 fendiculum manducat, hoc est cum scandalo
 proximi. Bonum est, non manducare carnē
 & non bibere vinū, neq̄ in quo frater tuus of
 fenditur, aut infirmatur vel scandalizatur. At **Philp. 3.**
 carnales hæretici, quorū deus venter est, & qui **Num. 11.**
 bus in solo viuendi causa palato, qui nō edūt
 vt viuant, sed viuunt vt edant, sedentes super
 ollas carniū, grauātes corda sua crapula & e
 brietate, contra ecclesiæ p̄cepta cū ingenti scā
 dalo nunq̄ non deuorant carnes, nulla prorsus
 seruantes ieiuniā, quando filij sponsi lugent &
 ieiunant. Verum sero nimis velint nolint ieiu
 nabunt cum diuite epulone, a quo sibi intempe
 rantia exemplum sumpserūt in inferno sepul
 ti. Tum demum incipient manducare linguas
 suas præ dolore, & panis eorum vertetur in fel
 aspidū intrinsecus, q̄n ignis, grādo, nix, glacies
 spūs procellarū erit pars calicis eorū. Fel draco
 nū vinū eorū, & venenum aspidū insanabile. **Iob. 20.**
 Tūc denegabit eis aq̄ guttula ad refrigerandā **Psalm. 109.**
Deut. 32.
Luc. 16.

- linguam, qui nunc fortes sunt ad bibendum vinum, & miscendam ebrietatem. Sed & mors gehennæ depascet eos in æternum. Tunc erit luctus ubique, paupor, & plurima mortis imago. Tunc dolor & gemitus. Quærent enim mortem & non inuenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Contra vero iusti sedentes in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, in requie opulenta edent, bibentque super mensam Christi sicut illi disposuit pater suus. Hanc miserabilem mutationem & vicissitudinem per prophetam prænuñciavit dicens: Ecce serui mei comedent & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos præ contritione spiritus ululabitis. Væ vobis tunc miseris illis, qui ligatis manibus & pedibus in tenebras exteriores proijcientur, ubi erit fletus & stridor dentium, ubi ab aquis niuium transibunt in calorem nimium, ubi nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Ieiunemus igitur & abstineamus nos ab omnibus illicitis voluptatibus, & interdictis cibis ab ecclesia, ne in eum infernalium tormentorum carcerem detrudamur. Quin potius simus filij obedientes ecclesiæ, & sic nos hic geramus, ut ab angelis deportari mereamur in cœleste regnum, ut superis, hoc est, iustis ac electis cœli ciuibus associati digni inueniamur epulari in cōspectu dei, & inebriari ab ubertate domus dei. Nā tūdemum satiabimur vere, cum apparuerit gloria dei, & torrente voluptatis eius potari ac resecti, non sitiemus in æternum, fiat, fiat.
- Psal. 48.**
Vergilius.
- Esa. 32.**
- Lucæ. 21.**
- Esa. 65**
- Matt. 22**
- Iob. 24.**
- Iob. 10.**
- Lucæ. 16.**

¶ Sed videamus reliquas obiectiones, quas nobis opponunt hæretici. Nam ad Apostolum *1. Tim. 4.* confugiunt, qui dicit: Spiritus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum in hypocrisis loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam suam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Ex his apostoli verbis inferunt delectum ciborum omnino esse illicitum. Stultitiae ridiculi profecto sunt, quod se euangelicos, & Paulinos vocant, qui nec euangelium nec Paulum intelligunt. Non enim hic Paulus damnat ieiunium, aut abstinenciam a carnibus, sed docet omnem creaturam dei bonam & mundam, quod nemo Christianus negat. Vnde Augustinus li. 30 contra Faustum Manicheum ca. 4. hunc textum Apostoli explicat dicens: Christiani & non hæretici, sed catholici, edomandi corporis causa, propter animam ab irrationabilibus motibus amplius humiliandam, non quod illa immun-da esse credant, non solum a carnibus, verum a quibusdam etiam terræ fructibus abstinent, vel semper sicut pauci, vel certis diebus, atque temporibus, sicut per quadragesimam fere omnes, quanto magis quisque vel minus, seu voluerit seu potuerit. Vos autem ipsam creaturam negatis bonam & immundam dicitis, quod carnes diabolus operetur seculentiore materia mali, ac per hoc eas tanquam

August.

immundiora & truculentiora dei vestri vincula, exhorrentes, abijcitis. Et paucis in medio positis subsecutus adiungit: Quum enim Apostolus dixisset, abstinentes a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione si delibis, sequutus ait, & ijs qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura dei bona est, & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei & orationem. Hæc sunt quæ negatis hoc aîo, hac voluntate, hac opinione, ab escis huiusmodi temperatis, quod nō significatione, sed natura male & immundæ sint: Qua in re creatorem earum sine dubio blasphematis, hoc est quod pertinet ad doctrinam dæmoniorum. Nolite ergo mirari hoc de vobis tanto ante a spiritu sancto prophetatum. Et sub finem libri. xxxi. dicit. Omnia munda mundis, secundum naturam in qua creati sunt, non tñ oîa secundum significationem munda primo populo Iudeorum. Item lib. i. contra Felicem Manicheum cap. 8. ait: Si enim multi a vobis & per vos, & per illam doctrinam seducuntur, vt recedant a fide, & intendant spiritibus seductoribus, qualis in Manicheo fuit, & incipiant dicere omnem cōcubitum esse fornicationem. Vñ Apost. dicit: Prohibentes nuptias, & incipiant dicere, carnes quas comedunt hoies non esse dei creaturam, sed demonum facturam, & eē imūdiā, manifestū est de his prædixisse spūm sanctū paracletū, qerat in Apostolo Paulo, q recessuri erant a fide, intendētes spiritibus seductorib. qualis fuit in Manicheo. Ex his manifestū fit, hunc textum Apost. minime pugnare contra delectum ciborum & abstinentiam

Spūs sedu
tores in
hereticis
sunt,

tiā a certis cibis statutis diebus ad crucifigen-
dā carnē cum vitijs & cōpiscētijs suis. Qui nu-
trit, inquit Sapiens, delicate a pueritia seruum
suum, postea sentiet eum cōtumacē. Item Chri-
stus, hom. 7. in Genesin: Abstinētia, inqt, a ci-
bis propter hoc recepta est, vt rigorem carnis
refrenet & equum moderanti facile parere fa-
ciat. Hanc rationem ponit Tertullia, li. de cul-
tu fœminarū. Quidā, inqt, ipsam dei creaturā si-
bi interdiciunt abstinentes vino, & animalibus
exulantes, quorū fructus nulli periculo aut so-
licitudini adiacent, sed humilitatem animæ
sux in victus quoq; castigationē deo immolant.
Ignatius quoq; ad Heron. eccl. Antioch. diaco-
nū dicit: Ieiunijs & orōnib; vaca, sed nō vltra
mensurā, ne teipm deiciās. Vino & carnibus
nō ex toto abstineas, nō em̄ ex toto sunt abo-
minabiles. Bona, inqt, terræ comedetis, & car-
nes vt olera manducabitis. Sed & vinum læti-
ficat cor hoīs, sed & mensurate & ordinate tan-
q̄ deo concedente. ¶ Quō abstinendum sit a ci-
bis elegāter docet Bernardus, Sermone. lxxvii. in
Cantica canticorum, disputans contra sui
temporis hæreticos. Abstinent, inquit, hæretici
a cibis, vt pdixit Apōst. quos deus creauit ad
percipiendum cum gratiarū actione, hinc quo-
q; hæreticos se probantes, non sane q̄a abstinēt
sed q̄a hæretice abstinēt. Nā & ego interdum
abstineo, sed abstinentia mea, satisfactio est
pro peccatis, non superstitio pro impietate.
Num redarguimus P A V L V M quod
castigat corpus suum & in seruitutem re-
digit? Abstinebo a vino, quia in vino

Gala. 5.
Prou. 29.

Tertullia.

Ignatius.

Bernard.

1. Tim. 4.

1. Cor. 9.

2. Tim. 3

luxuria est. Aut si infirmus sum, modico vvar iuxta consilium Apostoli. Abstinebo a carnibus ne dum nimis nutriunt carnem, simul & carnis nutrant vitia. Panem ipsum cum mensura studebo sumere, ne onerato vêtre, stare ad orandum tēdeat, & ne impropere etiam mihi propheta, quod panem meum comederim in saturitate. Sed ne simplici quidem aqua ingurgitare me assuescam, ne distensio sane ventris vsq; ad titillationem pertingat libidinis. Hæreticus aliter. Nempe horret lac & quicqd ex eo conficitur, postremo omne quod ex coitu procreatur. Recte & Christiane, si non idcirco qd ex coitu, sed ne ad coitum prouocet. Caterum quid sibi vult, quod ita generaliter omne quod ex coitu generatur vitatur. Suspicionem generat mihi observatio ista ciborum tam signanter expressa. Veruntamen si de regula medicorum huc profers nobis, non reprehendimus curam carnis, quam nemo vnquam odio habuit. Si de disciplina abstinendum, id est, spiritualium medicorum schola, etiam virtutem approbamus, qua carnem domas, frenas libidinem. At si de insania Manichei præscribis beneficentiae dei, vt quod ille creauit & donauit ad percipiendum cum gratiarum actione, tu non modo ingratus, sed & censor temerarius immundum decernas, & tanquam a malo abstineas, non plane abstinentiam collaudabo, sed execrabor blasphemiam, te magis immundū dixerim, qui immundum quid putas. Omnia munda mundis, ait ille rerum optimus aestimator, & nihil immundū nisi ei qui immundum

Ephe. 5

Titum. 2.

quid putat. Immundis autem aut infidelibus nihil est mundū, sed polluta est eorum & mens & cōscientia. Scribit Hieronymus in vita Pauli eremitæ, vidisse se monachos e quibus vnus per triginta iam annos clausus, ordeaceum panem manducabat, & lutulentam aquam bibe-
bat. Alter in cisterna veteri, quinque caricis per singulos dies sustentabatur. Hæc, inquit, incredibilia videntur ijs, qui nō credunt omnia possibilia esse credentibus. Quid quod Iacobus frater domini apostolus aquam perpetuo bibit, vt refert Aegesypus, Iosephus & Hieronymus idem dicunt. Monachi Aegypti & Syriæ teste Hieronymo, quum ieiunarent toto anno, nihil præter panem, olera, & legumina tantummodo sale condita comedebant, frigidamque bibe-
bant. Quid Philonem commemorem apertissime docentem, quantæ abstinētiæ fuerint Christiani initio nascentis ecclesiæ, cuius hoc est libro de vita nostræ, de modo abstinendi apud Christianos testimonium. Cibum, inquit, potumque nullus eorum capit ante solis occasum, videlicet tempus lucis cū philosophiæ studijs, curam corporis cum nocte sociantes. Nonnulli autem etiam post triduum in communionē veniunt cibi, quos scilicet edacior studiōrum fames perurget. Iam vero hi qui in eruditionibus sapientiæ, & in profundiore intelligentia sacrorum voluminum conuersantur, tanquam copiosis dapibus inhiantes, expleri nequeunt, & contuendo acrius inflammantur, ita vt nec quarto iam, nec quinto, sed sexto demum die nō tam desideratum, quam necessarium corpori indul-

Aegesyp.
Iosephus.

Q

August.

geant cibum. Hæc Philonem de nostrorum institutis referre, q̄s potest dubitare? August. etiā Cassulano scribens de moribus eccl. cath. etiā hoc addit: Romæ plures cognouit ieiunia incredibilia exercentes, nō quoridie semel sub noctem, quod est vsq̄ quaq̄ v̄sitatissimū, sed continuum triduū vel amplius sine potu ac cibo ducere. Nec hoc in viris tantum, sed etiā in fœminis. Et qd pluribus moror? Beatitudo paradisi absq̄ abstinentia cibi non potuit dedicari, & tamen Adam eiectus, non protinus accepit licentiā vescendarū carnium sed herbarū.

Hierony.
lib. i. con.
Iouinian.

Carnium, inquit Hierony. post cataclysmū comedendarū licentia data est, & non primo, eo modo quo repudium propter duritiam cordis nostri. Nam esus carnium vsque ad diluuium ignotus fuit. Post diluuium vero quasi in eremo murmuranti populo coturnices, ita dentibus nostris perui & virulentia carnis ingestæ sunt. Ab exordio conditionis humanæ nec carnibus vescebamur, nec dabamus repudiū, nec preputia nobis eripiebantur in signum.

Rom. 14.

Vnde APOSTOLVS dicit: Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere. Vinū enim cum carnibus post diluuium dedicatum est. Nec Hieronymus hoc solum dicit, sed etiam Chrysostomus Homilia XXVI in Genesin. Dicit enim: Nam vt protoplas-

Chrysoft.

to dictum est, postquam ei traditum est dominium super omnia, vt frui posset omnibus quæ sunt in paradiso, abstineret tantum ab vñico ligno, ita & hic post benedictionem. Et postq̄ terribilis factus est bestijs, & sub manus eius

venerunt aues & volatilia, inquit: Omne reptile viuens vobis erit in cibum, vt olera herbarum vobis dedi omnia. Hic est initium edendarum carniū, non vt nos ad ventris ingluuiem pareret & instruat, sed quia ex ipsis Noe erat sacrificaturus, & deo gratias acturus, vt ne videamur quasi ab execratis abstinere. Idcirco edendi facultatem cōcedit, & valde securos reddit. Quin & Origenes Homilia i. in Genesim his subscribit dicens: Et dixit deus. Ecce dedi vobis omne semen, &c. Historiæ quidem huius sententia manifeste indicat vsum ciborum primum a deo ex herbis, id est, holeribus, & earum fructibus esse permissum. Postremo vero quum a Noe post diluuium fieret testamentū, facultas vescendarum carniū hoībus datur.

Origenes.

¶ Si tantum scaperent heretici animo, quantum palato, non obijcerent nobis contra abstinentiam illud Apostoli vbi dicit: Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum. Quid enim hæc verba contra ieiunium aut abstinentiam faciunt? Nam APOSTOLVS aperte loquitur de ceremonijs, sacramentis, ac obseruantijs veteris legis, a quibus per CHRISTI gratiam liberati sumus. Cornelius Tacitus volens primordia ac sacramenta, ceremonias, ritus, religionem Iudæorum aperire, ostendit se prorsus illa nescire. Sue, inquit, abstinent memoria claudis, qua ipsos scabies quondam turpauerat, cui id animal obnoxium, Longam olim famē

Coloss. 2.

Corn. Ta.
lib. 2.

Q 2

crebis adhuc ieiunijs, fatentur. Et raptarum frugum argumētum, panis iudaicus nullo fermento detinetur. Septimo die otium placuisse ferūt, quia is finem laborum tulerit. Dein blandiente inertia, septimum quoque annum ignauiae datum. Hec quidem veluti per somnium de ieiunijs & cibis & otio Iudaeorum scribit Tacitus, quem idcirco non iniuria ridet Tertullianus in Apologetico aduersus gentes. Nos autem diuinis edocti eloquijs, scimus Iudaeos praeepto legis diuiniae abstinuisse a certis cibis, hoc est, carnibus, porcinis, leporinis & huiusmodi, discernentes inter animalia ad esum munda vel immunda. Animal enim quadrupes non diuidens vngulam, immundum erat apud eos. In potu etiam hoc obseruabant. Nam vas quod non habebat operculum, immundum erat, & quicquid in eo erat. Et idcirco dicit Apostolus: Nemo vos iudicet in cibo aut potu, id est, eodemnabiles putet, si his lege prohibitis vrimini. Hoc est, quod Romanis scribens ait: Qui non manducat, manducantem non iudicet. Non enim est regnum dei esca & potus. Loquitur Apostolus contra eos ut ait Hieronymus, qui in Christum adhuc Iudaizabant, deinde sacris Iudaeorum subdit: aut in parte diei festi, aut neomeniae, id est, nouae lunae, aut sabbatorum, nemo vos iudicet aut eodemnet, si haec non obseruatis. Rationem assignat dicens: quia sunt umbrae futurorum. Et ideo coruscante euangelio, & veniente veritate, debent cessare umbrae. Corpus autem CHRISTI, id est, corpus ad Christum pertinens, quod sequitur umbram legalium, quod

Leuit. 11.
Num. 29.

Rom. 14.

Hierony.
li. 2. aduer
sus Iouini.
Leuit. 3.
Exod. 29.

Christum præfiguabant venturum. Ideo dicitur
Corpus ipsum & quod significatur per hæc
signa, id est, veritas rei ad CHRISTVM
spectat, vmbra ad legem. Sic Augustinus
li. XIII. contra Faustum hunc locum explicat:
Patres, inquit, nostri qui deo placuerunt, tenuerunt
ordinem suum in ipsa obedientia, vt
quicquid deus temporibus congruis iubendo di-
stribuit, sic obseruarent quemadmodum ille di-
stribuit. Ita quæ non solum carnes ad cibos datas
cum omnes natura mundæ essent, quas dā tamē
nonnulla significatione immundas illo tempo-
re non ederunt, quo eas præceptum non edi erat,
vt talibus significationibus futura rerū mani-
festatio præfiguraretur. Sed & azymum panē
& cetera huiusmodi, in quibus fuisse vmbra
futurorum dicit Apostolus, propter quæ tã rei
essent illius temporis & illius populi hoies, si
obseruare contemnerent, quando illa sic fi-
eri, & ista quæ nunc reuelata sunt, sic prænun-
ciare oportebat, q̃ nos desipientes essemus, si
nunc iam manifesto nouo testamento illas præ-
nunciatiuas obseruationes aliquid nobis pro-
desse putaremus. Quapropter non manduca-
re azymum per statutos septem dies, tempore
veteris testamenti, peccatum fuit. Tempore au-
tē noui testamenti, nō est peccatum, sed in spe
futuri seculi, quam habemus in CHRISTO,
qui & animā nostram induens iustitia, & cor-
pus nostrum induens immortalitate, totos nos
innouat, credere aliquid ex veteris corruptio-
nis necessitate atq; indigentia nos passuros vel
acturos, semper peccatum est, quamdiu vol-

August.

Q 3

uuntur isti septem dies, quibus peragitur tempus. Sed hoc veteris testamenti temporibus in figura occultatum, a quibusdam sanctis intelligebatur, tempore aut noui testamenti, in manifestatione reuelatum populis prædicatur. Unde scriptura tunc erat præceptum, nunc testimonium. Illud enim erat tempus significandi, hoc manifestandi. Ergo ipsa scriptura quæ tunc fuit exactrix operum significantium, nunc restis est rerum significatarum. Et quæ tunc obseruabatur ad prænunciationem, nunc recitatur ad cōfirmationem. Et cumulatius exponit quod omnia quæ dicta sunt antiquo populo Israel, siue in sacrificijs, siue in sacerdotijs, siue in diebus festis, & omnino in quibuslibet rebus quibus deum colebant, vmbra fuerint futurorum, quæ omnia in Christo completa sunt, in tractatu. 24. euangelij secundum Iohannem. Et libro quem scripsit aduersum Iudæos. Et libro de vera innocentia. cap. xxxiiiij. Damnat ergo Iudaicos ritus, quorum obseruationem ostēdit esse inanem, quia verera quidem omnia pro vmbra sunt, corpus autē Christi, Christi veritas est. Quid ergo erit necesse, vmbra corpore ipso præsentē tenere? Alij vero, inquit Theophylactus, in vnum contextum hæc nectunt, vt ita intelligamus. Corpus autem Christi, id est, nos qui Christi sumus corpus, nemo seducat. Nihil ergo Apostoli contra obseruationem ieiuniorum aut festorum ecclesiæ dicit, quæ non sunt vmbra futurorum, sed magis instituta sunt in memoriam præteritorum beneficiorum, quæ Christus præstitit ecclesiæ suæ.

Theophy
lactus,

¶ Summa igitur veneratione sunt hæc festiuitates celebrandæ, cum laude & gratiarum actione pro beneficijs receptis, in quorum memoriam peraguntur. Et quia præstantiora dona in noua lege per Christum recepimus, quàm Iudæi in veteri lege, dignum est, vt deo maiores gratias agamus, vt quāto beneficia fuerint potiora, tanto quoque maiori veneratione celebrentur festa, quæ in eorum commemoratione celebrat ecclesia. Et quia Apostolus dicit Iudæorum festa vmbra fuisse futurorum, finem nunc habent. Cessantibus ergo vmbriticis illorum festiuitatibus veritate lucente, successerunt festa quæ illis adumbrata fuerunt, quæ nunc in ecclesia celebrantur. Vnde festo legalis Pasche, succedit in noua lege festum passionis & resurrectionis. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Et quia festiuitatem pasche inhonorant, dignum duxi referre, quod Socrates Constantinopolitanus de paschate scribat, ne quis festum Pasche veluti neotericum & nuper institutum contemnere præsumat: Is ergo libro. 9. histo. eccle. quam tripartitam vocant cap. 38. sic dicit Nec Apostolus, nec euangelia accedentibus ad prædicationem iugum seruitutis imposuerunt, sed festiuitatem pasche & alias celebritates honorandas esse dixerunt. Ita quoque quoniam amant homines huiusmodi celebritates, eo quod in eis a laboribus quiescunt, singuli per prouincias sicuti voluerunt, memoriâ salutaris passionis antiquitus ex quadam consuetudine celebrabant. Nō enim hoc Saluator aut nri Apłi

1. Cor. 9.

Q 4

lege prædicauerunt, nec poenam, aut supplicium, aut maledictum sicut lex Mosaica Iudæis, nobis autem apostoli euangelia sunt minati, sed solummodo in derogationem Iudæorum quod in festiuitatibus homicidium commiserint, in tempore azymorum, saluatorem passum in euangelio est relatum. Mens namque fuit apostolorum non de diebus sancire festiuitatum, sed conuersationem rectam & dei prædicare culturam. Mihi ergo videtur, quod sicut multa alia per prouincias ad consuetudinem uenerunt, sic & paschæ festiuitas tradita sit, eo quod nullus apostolorum aliquid hinc sanxisset. Addit præterea multa Socrates de paschate ac quadragesima, quæ hoc tempore etiam nostros hæreticos iugulant. Et hæc de festo passionis Christi

Exod. 31. & paschatis sufficiant. Festo pentecostes in quo data fuit lex uetus, succedit festum pentecostes, in qua data est gratia spiritus sancti in plenitudine, quæ est lex noua & euangelica, quam

Rom. 3. 8. ob id Apostolus legem fidei & spiritus uite uocat. Festis neomeniæ, id est, incensionis nouæ lunæ, succedunt festa semper virginis Mariæ, in qua primo apparuit illuminatio solis iustitiæ Christi dei nostri. Festo tubarum succedunt

Malach. 3. festa apostolorum, quorum prædicationis sonus exiuit in omnem orbem terrarum. Festo scenophagiæ, id est, tabernaculorum, succedunt festa consecrationis ecclesiarum. Festo cœtus atque collectæ, succedit festum angelorum & omnium sanctorum. In locum sabbati quod singularis septimanis in memoriam creationis celebrabatur, obseruat ecclesia diem dominicum, in

quo cōmemoratur noua creatura inchoata in resurrectione Christi, de quo dicit Augustinus lib. 2. c. 13. ad inquisitiones Ianuarij: Dies dominicus non Iudæis, sed Christianis resurrectione domini declaratus est, & ex illo habere coepit festiuitatem. Animæ quippe omnium sanctorum ante resurrectionem corporis sunt quidem in requie, sed in ea non sunt actiōe, quæ corpora recepta vegetantur. Talem quippe actiōem significat dies octauus, qui & primus, quia non aufert illam requiem, sed glorificat. Quapropter ante resurrectionem domini, quāuis sanctos patres plenos spū prophetico octaui sacramentum nequaquam lateret, quo significatur resurrectio. Nam & pro octaua psalmus inscribitur, & octaua die circumcidebantur infantes. Et in Ecclesiaste ad duorum testamētorum significationem dicitur, illis septem & illis octo reseruatum est, tamen illis est occultatum, & solum celebrandum sabbatum traditum est, quia erat antea requies mortuorum, resurrectio autem nullius erat donec ueniret Christus, qui resurgens ex mortuis iam nō moritur. Hæc Augustinus. Non ergo credendum hæreticis dicentibus omnes dies esse pares, eiusdem dignitatis & honoris, & ideo licere in vno quod in alio. Dignitas enim dierum æstimatur aut maior aut minor secundum ea quæ deus mirabili & ineffabili modo operatus est certis quibusdam diebus. Propterea & sanctorum festiuitates celebramus, in quibus per gratiam suā mirabilia facere dignatus est, qui operatur omnia in omnibus, vt sic laude-

Q

Augustin.

Psal. 117.
Gene. 17.
Eccles. 11.

Rom. 9.

tur deus in sanctis suis. Si Apostolo licuit dicere, redimētes tempus quoniam dies mali sunt, propter malitiam quæ in ipsis cōmittitur, cur nobis non licebit dies quosdā vocare sanctos, propter sancta opera, quæ & fiunt & facta sunt in ipsis?

Hæretici quia fidem ecclesiæ deferentes, semel falsum sumpserunt verisimilitudine inducti, necesse est eos, in ea quæ consequuntur, incurrere. Sic incidunt in multa ridicula & falsa, quia necesse est falsa esse, quæ rebus falsis congruunt. Quum autem primis habuerint fidem, qualia sunt ea quæ sequuntur, non circūspiciunt, sed defendunt omni modo, quum debeant prima illa vtrum ne vera sint an falsa, ex consequentibus iudicare. Hoc vsu venit hæreticis in sacramento poenitentiae. Sublata em cōfessione & satisfactione, opera bona pro nihilo habent, imo in opere bono adhuc asserūt hominem peccare, tam de seipsis quam aliis hominibus pessime meriti. Ex qua re licet maxime sint culpandi, quia in omnes viuentes error eorum redundat, multo tamen magis execrandi sunt cum dogmatibus suis, quando ne sepultis quidem parcent, sed cum laruis (vt ita dicam) pugnantes mortuis, contra scripturam, quorum lux defecit, gratiam prohibent, negantes aliquem expiationis locum ipsis relictum iri, quem nos vulgo purgatorium appellamus. Nos iuxta fidem ec-

Ecci. 23.

clesiæ & sanctorum patrum sententiam post hanc vitam asserimus esse purgatorium, sicut iustitia diuina poscit & exigit, quod facile potest ostendi tam rationibus quam scripturis, & patrum sententijs. Fieri enim potest, sicut frequenter accidit, ut quis ex hac vita migret in gratia & charitate, qui tamen non adeo mundus est, vel ob leuem vel venialem aliquam culpam vel quia nondum satisfactionem debitam pro peccatis exoluit, ut possit statim consequi coronam iustitiæ. Talis autem quia charitatem habet, non damnatur, & quia adhuc non nulla immundicia culpæ & reatus poenæ est in eo, etiam saluari non potest, nisi ante fuerit purgatus illa peccati rubigine & exoneratus debito poenæ. In coelestem illam enim ciuitatem, nihil coinquinatum sicut IOHAN-
NES ait, intrabit. Apoca. 27. Vtrumque autem horum tam culpa quam poena miseria quædam est, felicitati non mediocriter repugnans. Necesse est igitur, ut is qui adhuc huiusmodi miseris subiectus est, alicubi purgetur, & poenam aliquam sensibilem patiatur, sine qua nec actualis culpa remittitur, nec poena debita peccatis persoluitur. Hoc autem fieri nequit in inferno damnatorum, in quo nulla est redemptio. Quare necesse est esse aliquem purgatorii locum, in quo culpa remittatur, & poena debita exoluatur: sicque iustitiæ diuinæ, quæ læsa est, exacta poena satisfiat. Alioquin in charitate decedens, perpetuo

- maneret extorris & cœlo exularet: quod impi-
um est asserere. Sed & scripturæ purgatoriꝝ si
de verâ esse testantur. Dicit em̃ saluator in eu-
angelio: Esto cōsentiēs aduersario tuo cito, dū
es in via cū eo, ne forte tradat te aduersarius
iudici, & iudex tradet te ministro, & in carce-
rē mittaris. Hunc carcerē Augustinus intelli-
git pœnas tenebrarum. Et ne quis, inquit, hūc
carcerem contemnat, sequitur: Amen dico ti-
bi, nō exies inde, donec reddas nouissimū qua-
drantem. Quod Hieronymus exponens dicit:
Quadrans genus nummi est, quod habet duo
minuta. Hoc est ergo: Non egredieris de carce-
re, donec etiā minuta peccata persoluas. Quā
autem hoc fieri non possit in inferno damna-
torum, relinquitur aliquem alium esse expiatio-
nis locum, vbi hæc pœna peccatis irrogatur.
Non tamen ignoro, hunc locum aliorum ab
Augustino interpretatū, qui carcerem ad æter-
nas pœnas refert, dicens: In hoc quod dictum
est, donec reddas aut soluas, significatur pœna
æterna, sicut alias positum est donec, vbi di-
ctum est: Sede a dextris meis, donec ponam ini-
micos tuos sub pedibus tuis. Non enim quum
fuerint inimici sub pedibus eius positi, desinet
regnare: Ita & hic accipi potest. Non exhibis in-
de, donec solueris nouissimum quadrantem,
illum semper nō exiturum, quia soluit semper
nouissimum quadrantem, dum sempiternas pœ-
nas peccatorum luit. Hic enim loquendi mo-
dus sæpe reperitur, vt docet Hieronymus ad-
uersus Heluidium: Donec, inquit, sepe certum
significat, quo completo fiat id quod vsq; ad
- Matth. 5.**
- Augusti.**
- Hierony.**
- August.**
- Psal. 109.**
- Hierony.**

illud temporis quod præscriptum est, non fiebat. Sæpe etiam infinitum tempus significat, vt est illud, quod deus ad quosdam loquitur in prophetis: Ego sum, ego sum, & donec senescatis ego sum. Nunquid postquam illi senuerint, deus esse desisset? Et illud: Ego vobiscum sum vsq; ad consummationē seculi. Nunquid fraudabuntur consortio domini, quando duodecim solijs iudicaturi sunt duodecim tribus Israel? Et Paulus dicit: Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nunquid postquā inimici fuerint sub pedibus eius, regnare desisset, quum vtiq; tūc magis regnare incipiet? Et David in quarto graduum psalmo: Sicut oculi ancillæ in manibus dñe sue, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Ergo post impetratam misericordiam oculos torquet ad terras? Sic etiam intelligendū est, & non cognouit eam donec peperit filium suū primogenitum, vt multo magis intelligamus eam non fuisse cognitam post partum.

Matth. 28

Matth. 19.

1. Cor. 15.

Matth. 22.

¶ Afferemus itaq; alias scripturas: Apud Mattheum saluator dicit: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemie non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui autē dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo neque in futuro. Verba ista insinuant quædam peccata in futuro, hoc est, post hanc vitam in purgatorio remitti, alioqui frustra addidisset in futuro, si post hanc vitam nulla esset remis-

Augusti.

August.

sio peccatorum. Hinc Augustinus libro 21. de ciuitate dei ca. 24. Pro defunctis, inquit, quibusdam vel ipsius ecclesiæ, vel quorundam piorum exauditur oratio: sed pro his, quorum in Christo regeneratores, nec usque adeo vita in corpore male gesta est, ut tali misericordia iudicentur digni non esse: neque usque adeo bene, ut talē misericordiam reperiantur necessariam non habere. Sic etiam facta resurrectione mortuorum non deerunt, quibus post poenas, quas patiuntur spiritus mortuorum, impartiat misericordia, ut in ignem non mittantur æternum. Neque enim de quibusdam veraciter diceretur, quod non eis remittatur, neque in hoc seculo, neque in futuro, nisi essent, quibus etsi non in isto, tamen remitteretur in futuro.

Gregori.

25. dist. ca.

Qualis.

Gregorius li. 4. dialogorum eadem verba Christi trutinās, dicit: Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur. Sed tamē de quibusdam leuibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est, pro eo quod veritas dicit: Si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo remittetur neque in futuro. In qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdam vero in futuro posse relaxari. Quod enim de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed ut prædixi, hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus & octosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ familiaris, quod vix sine culpa, vel ab ipsis agitur, quæ culpam qualiter declinare debeant, sciūt, quæ etiam post mortē grauant, si adhuc in vita positis, minime in morte fuerint relaxata. Huic

sententiæ accedit Bernardus sermone 67. in Canticis Canticorum. ubi dicit. Non credunt hæretici ignem purgatorium restare post mortem, sed statim animam solutam a corpore, vel ad regem transire vel ad damnationem. Quærant ergo ab eo qui dixit quoddam peccatum esse quod neque in hoc seculo neque in futuro remittetur, cur hoc dixerit, si nulla in futuro manet remissio purgationem peccatorum? Hæc fusius declarat in sermone de beato Nicolao episcopo. Vbi etiam de purgatorio sub vocabulo inferni disputat, quia sub terra est, sicut & sinus Abrahamæ nonnunquam in scripturis infernus nominatur. Relicto, inquit, mundo & modo viuendi suscepto, trāsi ad tertiam regionem, quæ est regio expiationis. In hac benignus pater examinat filios rubiginosos, sicut examinatur argentum, ducit per ignem & aquam, ut educat in refrigerium. Tria sunt loca, scilicet cælum, & terra, & infernus, & habet singula habitatores suos. Pro his qui in cælo sunt, non est orandum, quia eos, non pro eis orare debemus. Pro his qui in inferno sunt, suspendendæ sunt preces, quibus clausa est ianua misericordiæ, & totius spes interclusa salutis. Pro illis tantum vigilandum est in orationibus & subueniendum sacrificio singulari, qui in locis purgatorijs emundantur, ut benignus pater poenitentiam eorum in satisfactionem, satisfactionem in glorificationem cito conuertat.

¶ Pro purgatorio igne facit, quod scribit Apostolus epistola priori ad Corinthios. Fundamentum, inquit, aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.

Si quis superædificat super fundamentū hoc, aurum, argentum, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestum erit, dies em̄ domini declarabit, q̄a in igne reuelabitur & vniuscuiusq; opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen

Augusti.

quasi per ignem. Hæc verba tractans Augustinus sermone 4. in commemoratione animarum dicit: Multi sunt qui lectionem istam male intelligentes, falsa decipiuntur securitate, dum credunt, quod si supra fundamentū Christum, capitalia crimina ædificent, p̄c̄tā ipsa per ignem transitorium purgari, & se postea ad vitam perpetuam peruēturos. Et paulo post Illo enim igne transitorio, de quo dixit Apostolus: Ipse enim saluus erit, sic tamen quasi per ignē, non capitalia, sed minuta peccata purgantur. Et subdit quantum ad minuta. Quicquid de istis peccatis redemptum nō fuerit, illo igne purgandum est, de quo dixit Apostolus. Hæc fusiss. explicat de fide & operibus in Enchirid. & in expositione psalterij in multis locis. Cul

Ambro.

etiam Ambrosius hunc textum exponens sub scribit in hæc verba: Vt salus hæc nō sine pœna sit quia non dixit, saluus erit per ignem, vt merito suo ab igne non combustus saluus fiat examinatus per ignem: sed quum dicit, sic tamen quasi per ignem, ostendit saluum illū quidem futurum, sed pœnas passurum, vt per ignē purgatus, fiat saluus, & non sicut perfidi æter

Gregorio.

no igne in perpetuum torqueatur. Nec Grego-

rius ab hac diffidet sententia dicens: Quamuis hoc quod Apostolus dicit de igne tribulationis nobis in hac vita adhibito, possit intelligi, tñ si quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, pensandum solicite est, quia illum per ignē dixit posse saluari, non qui super fundamentū hoc, ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id est, peccata maiora, sed ligna, fœnum, stipulā, id est, peccata minuta, leuissima, quæ ignis facile consumat. Quin & Origenes omnibus his suū addit calculum homilia VI. in Exodum, exponēs verba Apostoli: Idcirco, inquit, qui saluus fit, per ignem saluus fit, vt si quid forte de specie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat & resoluat, vt efficiantur omnes auræ bonum, &c. Si quis multa opera bona, & paræ aliquid iniquitatis attulerit, illud paræ tanq̃ plumbum, igne resoluitur ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et si quis plus illic plumbi detulerit, plus exurit, vt amplius decoquatur, vt & si purum aliquid sit auri, purgatum tandē resideat. Quod si aliquis illuc totus plumbus venerit, fiet de illo hoc quod scriptum est: Demergetur in profundum tanq̃ plumbum, in aqua vehementissima. Et quid pluribus opus est? Omnium patrū punctis hæc purgatorij fides probatur. Sed quia nimis longum esset oīm & singulorū verba ponere, statui tantū vnum aut alterum verbum ex Chrysostomo adducere, qui dicit: Lugeamus defunctos, excogitemus eis aliquid solatiij, orantes & alios precantes, vt pro eis deprecantur, pro eis pauperibus largiē res continue. Habet hæc res aliquā consolationē

Origen.

Chrysost.
hom. 69.

R

4. Reg. 19

Canō mis
sē ab apo.
institutusPompa fu
nebris.

Philip. 2.

Audi namq; deum dicentem: Protegam civitatem istam propter me & propter David servum meum. Si iusti dūtaxat memoria tantum potuit, quū & opera pro ipso fuerint, quātū nō valebit? Nō temere ab apost. hęc sancita fuerunt, vt in tremendis mysterijs defunctorū agatur cōmemoratio. Sciūt em illis inde multū cōtingere lucrum, vtilitatē multā. Quū em totus cōstiterit populus, extensis manib, sacerdotalis plenitudo, & tremendū proponatur sacrificiū, quō deum nō exorabimus pro his deprecantes? Sed hoc quidē de his qui cū fide migrarunt. Et paulo post: Et qd post hęc pauperes vocas, & orare sacerdotes exhortaris? Nōne vt in regem transeat defunctus, & propitiū iudicē habeat? Et iterū homilia. V II. docens non lugendū infidelīū more pro defunctis, sed orandum: Quid em, inquit, ardentes, q̄so, lāpades sibi volūt? Nonne tāq̄ athletas eos comitatur? Quid aut hymni? Nōne glorificam⁹ deū, & illi gratias agimus, q̄a iā defunctū coronauit, absoluit a laborib, & ab incertitudine sublatū penes se retinet? Nōne hymni propterea? nonne propterea psalmodiē? Hęc oīa sunt gaudentiū. Letus em est aliq̄s? Psallat. Et iterū: Quia de causa psalmyteros vocas & psallentes? Nonne quo te cōsolentur? Nonne quo defunctum honorent?

¶ Præterea ad fidem purgatoriū facit, quod Apostolus dicit. Et deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in noīe Iesu, omne genu flectatur, cœlestium terrestrium, & infernorum: si tñ de vltronea ac reuerentiali genuflexione accipiat, Damnat

namque in inferno nullā Christo exhibent reuerentiam, sed superbīa eorum semper ascendentē, dominū maiestatis iugiter blasphemāt. Fleūt proinde animæ in purgatorio genua sua in nomine Iesu sub terra, ubi iuxta poetam, exerceantur poenis, veterumque malorum supplicia expendunt. Huic consonat quod Iohannes in Apocalypsi dicit se audiuisse omnē creaturā, quæ in cælo est, & super terram, & subtus terram dicentem: Benedictio sedenti in throno & agno, & cætera quæ sequuntur. Dammati autē non benedicunt, sed maledicunt. Benedictio ergo ista ad animas in purgatorio detentas, ut referatur, necessum est. Huc pertinet quod in canonica sua Iohannes dicit: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Quod orthodoxi patres intelligunt de peccato finalis impœnitentiæ, quā quis impœnitens hinc decedit, tãquam diceret. Pro eo quem constat mortem oppetisse absque aliqua spe, sed potius cum desperatione diuinæ clementiæ, nemo oret. Pro quibus ergo orandum est? Pro his qui ab hoc peccato moriuntur immunes. Nec prætermittendum censeo hoc loco fortissimi viri I V D A E M A C H A B A E I factum, quod nulla unquam delebit obliuio. Quum enim cum suis venisset ad tollendum sepeliendumque corpora prostratorum, & inuenisset sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum quæ apud

Virgilius.

Apoca, 5

1. Iohan, 5

2. Mach, 32

Deute. 7.

Iamnam fuerunt, a quibus lex prohibet Iudeos, intellexissentque omnes eos ob hanc causam corruisse, & ad preces conuersi rogassent, ut id quod factum fuerat delictum, obliuioni traderet. i. ut ad ultionem diuinam coram domino non amplius reseruaretur: Iudas omnibus misericordiam visceribus defunctis succurrere curauit. Vnde scriptura dicit: At fortissimus Iudas horrabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes interfectos quae facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. Et facta collatione, duodecim milia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, (videlicet ut virtute oblatis sacrificij peccata eis remitterentur) bene & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam, hoc est, spem consequendae salutis. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluantur, hoc est, a poenis peccatis debitis liberentur, siue per sacrificia oblata pro eis, siue per preces aliorum, siue eleemosynarum in pauperes erogationem. Hunc textum tractans Augustinus lib. de cura pro mortuis agenda, ca. 1. dicit: In Machabaeorum libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium. Sed etsi nusquam in scripturis veteribus, omnino legeretur, non parua est ecclesiae (quam in hac consuetudine claret) autoritas, ubi in precibus sacerdotum, quae domino deo ad eius altare funduntur, locum

August.

habet etiā cōmendatio mortuorū. Quod autem
hac consuetudo non solū tēpore August. in ec-
clesia fuerit, verū etiā ex traditione apost. na-
ta sit, facile fuerit cōmonstrare ex inclyto illo
martyre Pauli discipulo Dionysio Areop. Ec-
clesiasticæ Hierarchiæ ca. 7. Coacto, inquit,
sancto cœtu, venerandus antistes, si quidē sa-
cerdotalis ordinis fuerat qui obdormiuit, ante
sanctū altare inclinans eū, orationē ad deū in-
choat & gratiarū actionē. Si vero aut honestis-
simis monachis aut sanctæ plebi insertus erat
ad venerandū sacrariū ipsum ante sacerdotū
reclinat ingressum. Deinde p̄cem cū gratiarū
actione peragit p̄sul. Deinceps vero ministri di-
uinis inserta eloquijs, verissima de n̄ra resurre-
ctione promissa recitantes, consentanea tantū
dē valentia canunt psalmorū cantica. Deinde
ministrorū primus dimittit catechumenos, san-
ctosq; iā defunctos concelebrat, cū quibus &
nuper vita functum pari laudatione prosequitur
hortaturq; oēs vt sibiipsis identidē postulent
beatā in Ch̄ro cōsummationē. Postea accedēs
venerabilis p̄sul, p̄cē super eo sacratissimā per-
agit, & post orationē ipse quoq; p̄t̄ifex defun-
ctū salutat, & post illū qui astant oēs. Vbi ve-
ro cuncti cōsalutauerūt, super defuncto fundit
oleū p̄t̄ifex, & oratione pro oībus facta, hone-
sto in loco ponit corpus cum æqualibus alijs
corporibus sanctis.

His p̄missis, cū infidelib. beatus pater n̄ros
aperte perstringit hæreticos purgatorijs fidē ne-
gātes, & suffragia eccl. q̄ pro defunctis fiūt, ir-
ridentes; Ceterū, inqt, ista si viderint prophani,

R 3

Diony.

Myſteria
super ijs q
sancte ob
dormiue-
runt ex ri-
tu aposto-
lico.

Esa. 7

vel fieri a nobis audierint, late puto ridebunt, nōm̄q; miserebuntur errorē. Neq; est sane cur miremur, nisi cū crediderint (iuxta scripturæ fidē) non intelligent. Nos autē intelligentias eorum q̄ geruntur speculātes Iesu duce præuioc; dicamus pontificē non irrationabiliter in sacra; introducere chorū, imponereq; defunctum. Ostendit per id profecto oēs in regeneratione, illas cōsecuturos sortes, ad quas hic vitā propriam direxerunt, puta si ad diuinā hic imaginē q̄spiā sanctiss. vixerit (quantum viro possibile est deum imitari) diuina in seculo futuro, & beatissima donabitur requie. Sin autē ad summā illā non peruenit effigiem, sancte tñ se in vita habuit, paria & iste meritis præmia refert. Huius diuinæ iustitiæ causa, p̄sul gr̄as agēs, orationem sacram peragit, venerandāq; diuinitatē laudibus celebrat, q̄ destructum est iniquū & violentū contra nos oēs īperiū nosq; ad sua iustiss. iudicia translati sum. Et paulo post: Accedens deinde venerand. antistes, p̄cē sacram super mortuū peragit, postq; p̄cē & ipse eū p̄sul salutat, & suo deinceps ordine q̄ astant omnes. Precatur oīo illa diuinā clementiā, ut cuncta dimittat per īfirmitatē humanā admisa p̄ctā defuncto, eūq; in luce statuatur & regiōe viuorū, in sinib. Abrahæ, Isaac, & Iacob in loco vñ aufugit dolor & tristitia & gemitus. Ista (vt reor) perspicua sunt beatiss. sanctorū præmia, Quid em̄ immortalitati perfectæ omniq; tristitia vacuæ, ac plenę perpetui luminis cōferri possit? Licet multū sane promissiōes illæ oī sublimiores n̄ra mente sint (q̄ vocabulis congruis nobis designātur) longe tñ inferiores ea

rū re, & veritate appellatiōes hñt. Verū enim
 profecto illud existimādū eloquū est, quod oculis
 nō vidit, nec auris audiuit, neq; in cor hoīs a-
 scēdit, q̄ pparauit deus diligētib. se. Sin, aut be-
 atorū patriarcharū, reliquorūq; sanct. oīm, sūt
 (vt reor egdē) sacratis. illarū, & beatiss. sedes, q̄
 oēs diuinā effigiē p se ferētes, in sua suscipiunt
 in senescibili & beatiss. requie. ¶ Deinde Dio-
 ny. sibi ipsi obijciēs, mox subdit dicēs: At for-
 tasse, inges, ista qdē recte a nobis dici, verū am-
 bigere, cuius rei grā p̄sul diuinā p̄catur clemē-
 tiā, defuncto p̄ctōrū veniā postulās, & æq̄lem
 factis, ac lucidis. sortē. Si em̄ eorū, q̄ in vita ges-
 sit, bonorū aut malorū, a diuina iustitia percipi-
 et p̄mia, perfecit aut actiōes. suas in vita ista de-
 functus, q̄nā hunc oīo p̄sulis ad aliā (p̄ter illā
 quā meruit, vitæ hic actæ respōdentē) transfe-
 ret requiē? Non ignoro quidē & ego diuinis e-
 loquijs accedēs, singulis reddendā pro meritis
 sortē, cōclusit em̄ dñs (inquit) apud se, & refe-
 ret vnusquisq; ea q̄ per corpus gessit siue bo-
 nū siue malū. Quod aut & iustorū preces etiā
 in vita ista, & nedum post mortem, ijs solis pro-
 sint q̄ digni sunt, scripturę nos edocet sacrosan-
 cta traditio. Quid em̄ Sauli profuit Samuelis
 oīo, qd Hebræorū iuuit plebē prophetica in-
 terpellatio? Quū itaq; b. pater scripturæ testi-
 monijs ostēdisset, indignis p̄iorū p̄ces nō suffra-
 gari, occurrit obiectioni suæ & dicit. Itaque
 scripturæ sacræ acquiescens vtiles esse in hac
 vita dixerim sanctorum preces hoc modo
 scilicet, si qui sanctorum munerum desiderio
 incensus, ad eaque percipiēda pie affectus par-

Esaia. 64.

1. Cor. 2.

Sinus A-
brahæ qd.

Obiectio.

2. Cor. 5.

Gal. 6.

1. Reg. 12.

Hier. 14.

Obiectio
nis dilutio

Sanctorū
intercessio
a deo or-
dinata.

Duces nos-
tri apost.

Malach. 2

3. Reg. 8.

uitatis tamen proprię conscius quempiam san-
ctorum virorum adeat, oretq; sibi adiutorem
& precatorem accedere, capiet ex hoc omni-
no vtilitatem commoda cuncta excedentem:
Est enim & hoc diuinis sancitum iudicijs, vt
diuina munera ijs, qui digni sunt sumere, de-
centissimo per eos tribuatur ordine, qui ea tra-
dere non sunt indigni. Hanc si quis spernat sa-
cro sanctam disciplinam, atq; infelici elatione
seductus, dignum se diuina arbitretur familia-
ritate, sanctosq; despiciat, hic certe si petitiōes
indignas deo, neq; sacras postularit, intentioq;
careat diuinorum desiderio, sibi ipsiq; consen-
taneo, imperita postulatione per seipsum nun-
quam potietur. Quæ nam vero de huiusmodi
prece (quam super defuncto peragit præsul)
ex diuinis ducibus nostris traditio peruenit ad
nos, operæ pretium est vt dicamus: Veneran-
dus antistes (vt scriptura ait) interpret est iudi-
ciorum diuinorum, angelus enim domini omni-
potentis dei est. Didicit igitur de scripturis di-
uinitus traditis, vt ihs qui pie vixerunt, lucidis-
sima diuinaq; vita pro merito ab æquissimis
lancibus redditur, non recordante diuina boni-
tate per summam clementiam maculas, quæ
illis ex humana infirmitate adhæserunt, Nul-
lus enim (inquit) est mundus a labe. Ista quidē
nouit pontifex promissa a sanctis eloquijs, pe-
tit autem ea fieri, donariq; eis, qui pie vixerūt
præmia sacra, simul quoq; seipsum ad imita-
tiones dei benignius formans, & aliorum do-
na quasi proprias expetens gratias. Et paucis
interpositis dicit: Neque enim vnquam pete-

ret pontifex diuinæ iustificationis prædicator, quæ deo sciret esse non gratissima, & quæ largiturum se ille nequaquam promississet. Quocirca prophanis vita functis, non ita imprecatur, non modo quia in hoc proprium deferret ordinem, & aliqua pontificalis officij præsumeret a diuino spiritu nequaquam agiturus: verum quia & indigne orans, non exaudiretur, atque ad id ipsum non immerito illud diceretur eloquium iustitiæ plenum: Petitis & non accipitis, quia male petitis, Huic sacratissimæ doctrinæ diui patris Dionysij omnes doctores ad stipulantur, Chrysostomus, Damascenus, Cyrillus, græci pariter & latini, quorum concors in hac re sententia est, mortuis suffragia viuentium prodesse.

Pro dāna
tis non o:
rat eccle-
sia.

Iaco. 4

Tertulli.

Inter latinos scriptores Tertullianus Apher veteribus merito annumerandus est, quæ ut auctor est Hieronymus, floruit sub Cæsare Seuero Pertinace & Antonino Caracalla circa annum a Christo passo sexagesimum supra centesimum. Hic non vno loco docet sacrificia, oblationes, orationes viuentium, defunctis prodesse. Libro de Monogamia sic ait: Vxor pro anima viri sui defuncti orat, & refrigeriū interim postulat ei, & in prima resurrectione cōsortium, & offert annuis diebus dormitionis eius. Si enim credimus resurrectionem mortuorum, utique tenebimur cum quibus resurrecturi sumus, rationem de alterutro redditori. Item libro quinto aduersus Marcionem: Vulgus, inquit, ipsum ea præsumptione defunctos colit, quia animas eorum manere confi-

Anniuers
saria dies:

R 5

Consuetu-
do in ec-
clesia pau-
lo post tē-
pora apo-
stolorum

Ceremo-
niæ ecclē-
siasticæ.

dit. Et libro de corona militis rationem red-
dens, quare oblationes pro defunctis facimus,
consuetudinem veluti legem huius observati-
onis affert in medium. Disputat enim an lice-
at militem donatium accepturum, coronatū
more infidelium incedere, sicut nonnulli cōten-
debant. Vnde statim obijcit sibi ipsi dicens: At
vbi scriptū est, aut vbi scriptura prohibet non
licere militem Christianum coronari? Respō-
det & dicit: Si hanc observationē nulla scriptu-
ra determinavit, certe consuetudo corroborat-
uit, quæ sine dubio de traditione manavit. Quō-
enim v surpari quid potest, si traditū prius nō
est? Incipiamus a baptismo. Aquam adituri
ibidem, sed & aliquanto prius in ecclesia sub
antistitis manu contestamur nos renūciare di-
abolo & pompæ, & angelis eius, dehinc ter-
mergitamur, amplius non aliquid respondent-
es, q̄ dominus in euangelio determinavit. In-
de suscepti, lactis & mellis cōcordiam pragu-
stamus, ex q̄ ea die lauacro quotidiano per to-
tam hebdomadam abstinemus. Eucharistiæ sa-
cramentū & in tēpore victus, & omnibus mā-
datum a domino, etiam antelucanis cœtibus,
nec de aliorum manu, quam præsidentem su-
mimus: Oblationes pro defunctis, pro natali-
tijs, annua die facimus. Die dominico ieiuni-
um nefas ducimus, vel geniculis adorare. Ea-
dem immunitate a die Paschæ in Penteco-
sten vsque gaudemus. Ad omnem progres-
sum atque promotum, ad omnem aditum &
exitum, ad vestitum & calceatum, ad laua-
cra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia ad sedi-

lia, quacunque nos conuersatio exercet, frontem signaculo terimus. Harum & aliarum huiusmodi disciplinarum si legē expostules scripturarum, nulla legis traditio tibi prætēdetur, auctrix consuetudo, confirmatrix, & fidei obseruatrix. Rationem traditionis & consuetudinis fidei patrocinatorum, aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexerit disces. Interim nonnulla esse credes, cui debeatur obsequium. Adhuc vnum adhuc exemplum, quatenus & de veteribus docere conueniat. Apud Iudæos tam solenne est, foeminis eorum velamen capitis, ut inde noscatur. Quæro legem. Apostolum differo. Si Rebecca conspecto procul sponso velamen inuasit, priuatus pudor legem facere non potuit. Deinde ad consuetudinem venit dicens: Si legem nusquam reperio, sequitur ut traditio consuetudini morem hunc dederit, habiturum quandoque Apostoli auctoritatem ex interpretatione nominis. His igitur exemplis renunciatum erit, posse etiam non scriptam traditionem in obseruatione defendi, confirmatam consuetudine, idonea teste probatæ tunc traditione ex perseverantia obseruationis. Consuetudo autem etiam in ciuilibus pro lege suscipitur, quum deficit lex, nec differt scriptura an ratione consistat, quando & legem ratio commendat. Porro si lex ratione constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit, a quocunque productum. Quid potest dici manifestius pro purgatorio? Docet **TERTVLLIANVS** oblationes

Autoritas
consuetu-
dinis.

I. Cor. II.

pro defunctis faciendas ex consuetudine ecclesiæ, quam dicit de traditione (apostolorum vti que) promanasse.

Hierony. ¶ At versipellis, nescio quis, occurrit nobis, dicens Tertullianum non fuisse hominem ecclesiæ, & propterea scriptis eius non esse fidem habendam. Hoc enim modo occurrit & respondit beatus Hieronymus Heluidio blasphemanti perpetuam deiparæ Mariæ virginitatem, qui se Tertulliani autoritate tueri nitebatur. Nos scimus & fatemur Tertullianum in ecclesia non permansisse, & quædā dogmata eius esse venenata, nēpe ubi meminit de noua prophetia, de monogamia, de secundis nuptiis. Nusquam tamē quispiam ipsum arguit hæreseos, quod purgatorium asseruerit, & oblationes pro defunctis faciendas secundum traditionem apostolicam & ecclesiæ consuetudinem docuerit, quod in hanc partem totius orbis consensus instar præcepti obtineat, etiam si scripturæ autoritas non subesset. Beatus Hieronymus verba Tertulliani quæ ex libro de corona militis modo posuimus, fere ad verbū reddit aduersus Luciferianos, quū dicit: Multa alia quæ per traditionem in ecclesia obseruātur, auctoritatem sibi scriptæ legis usurpauerunt. Velut in Iauacroter caput mergitare, de inde egressos, lactis & mellis prægustare concordiam, ad infantia significationem, die dominico & per omnem pentecosten nec de geniculis adorare, & ieiunium soluere, multa & alia, quæ scripta non sunt, rationabilis sibi obseruatio vindicauit.

¶ Verum qui nolunt credere Tertulliano magistro, credant (obsecro) saltem Cypriano Cyprian. eius discipulo. Is libro primo epistolarum epistola nona dicit non esse oblationem faciendam aut deprecationem pro Geminio Victore defuncto, & Geminium Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominauerit. Verba eius hæc sunt: Episcopi antecessores nostri religiose considerantes & salubriter providentes censuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim ad altare dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros suos, leuitas auocare voluit. Et ideo Victor cum contra formam nuper in concilio a sacerdotibus datam, Geminium Faustinum presbyterum ausus sit actorem constituere, non est quo pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequenter: ut sacerdotum decretum religiose & necessarie factum seruetur a nobis. Nōne Cyprianus apertissime docet orandum & sacrificium celebrandum pro defunctis? Nec ab eo dissentit fortissimus fidei propugnator Athanasius, quū dicit: Quod si non aliquo beneficio participarent animæ, non utique in ecclesia & exequiis fieret commemoratio earum. Quid quod etiam Augustinus librum de cura pro mortuis agenda scripsit, in quo aperte fidem purgatorii contra hereticos defendit. Non estimemus, inquit, ad mortuos pro quibus curam gerimus, per-

Athanasii.

Aug. ca. 18

13. q. 2. ca.

Non æstimemus. et

ca. Tēpus

uenire, nisi quod pro eis siue altaris siue orōnū
 siue eleemosynarū sacrificijs solenniter suppli-
 camus, quibus nō pro quibus fiunt oībus profint,
 sed his tñ quibus dū viuūt, cooperantur, vt pro
 sint. Sed quia non discernimus quod sint, oportet ea
 pro regnātis oībus facere, vt nullus eorū p̄ter-
 mittatur, ad quos hęc bñficia possint & debe-
 ant peruenire. Melius em̄ supererūt ista eis, qui-
 bus nec ob sunt nec profunt, q̄ eis deerūt, quibus
 profunt. Diligētius tñ facit hęc q̄s q̄ pro neces-
 sarijs suis, quod pro illo fiat similiter a suis. Et
 lib. 6. confessionū m̄ris suæ iam morti vicinæ
 votū recitat, quo spreto sepulchro patrio, spre-
 tis aromatibus quibus corpora condiri solēt, tñ
 memoriam sui ad altare dñi fieri desiderauit.
 Ponite, inquit, hoc corpus vbi cunq̄, nihil vos
 eius cura conturbet. Tantum illud vos rogo,
 vt ad domini altare memineritis mei vbi fue-
 ritis. Quod autē sacrificium altaris pro ea ob-
 latum sit, testatur Augustinus, quū subdit: Ec-
 ce quū corpus eius elatum est, imus & redimō
 sine lachrymīs. Nā neq̄ in eis precibus quas
 tibi fudimus, quū offerret̄ pro ea sacrificium
 pretij n̄ri, iā iuxta sepulchrū posito cadauere
 priusq̄ deponeret, sicut illic fieri solet, fleui. De
 inde secutū adiūgit: Et libuit flere in cōspectu
 tuo de illa & pro illa, de me & pro me. Ad hęc
 subnectit precē quā super m̄re sua defuncta in
 cōspectu dei fudit dicēs: Sepositis paulisper bo-
 nis actibus m̄ris meæ, quia dictū est, vā etiā lau-
 dabili vitæ hominum, si remota misericordia
 discutias eam, nunc pro peccatis matris meæ
 deprecor te, exaudi me per medicinā vulnerū

nostræ quæ pendit in ligno, & sedens ad dexteram tuam te interpellat pro nobis. Scio misericorditer operatâ, & ex corde dimisisse debita debitoribus suis, dimitte illi & tu debita sua, si qua etiam contraxit per tot annos postquam salutis. Postremo in laudem sanctę matris suę laudem humiliter prorumpens, finem etiam libri facit, dicens: Illa imminente die resolutionis suę nō cogitauit suū corpus sumptuose contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupiuit, aut curauit sepulchrę patriū. Non ista mādauit nobis, sed tm̄ mō memoriā sui ad altaretū fieri desiderauit, cui nullius diei prætermissiōe seruierat, vñ sciret dispensari victimā sanctam, q̄ delerum est chirographū quod erat contrariū nobis, q̄ triumphatus est hostis. Ad cuius precij nr̄i sacramentū, ligauit ancilla tua aīam suā vinculo fidei. Et in sp̄ra dñe deus me⁹ seruis tuis fratrib. meis dñis meis, vt quorquot hæc legerit meminerint ad altare tuū Monicę famulę tuę cū Patritio quondā eius coniuge: per quorū carnē introduxisti me in hāc vitā, quēadmodū nescio. Meminerint cū affectu pio parentū meorū, vt quod mī mea a me poposcit extremū, vberius ei prestetur in multorū orōnib. tā per cōfessiones q̄ p orōnes meas. Hęc verba Aug. plixius rōmemorauī, non tm̄ ad faciendā purgatorij fidem, sed etiam propter sacrificiū altaris siue eucharistiā, quę etiam nū tanq̄ vnicū & propitiatoriū sacrificiū offertur in ecclesia pro viuis et defunctis. Quod et Gregorius cōfirmat, **Grego.** dicēs: Anīę defunctorū, q̄tuor modis soluūtur,

aut oblationibus sacerdotum, aut p̄cibus san-
ctorum, aut charorū eleemosynis, aut ieiunio
cognatorū. Sed qd̄ Gregorij verba commemo-
ro, cuius omnes fere libri apertissime pro pur-
gatorio pugnant & maxime libri dialogorum
eius. In quibus etiam dicit animas defunctorū
nonnunquam deo permittente aut disponente,
vel in corporibus assumptis, vel alio modo vi-
uentibus apparere: & hoc, vel viuis ad ædifi-
cationem, vel defunctis ad solatium, vt a vi-
uentibus iutentur: sicut de multis refert libro
quarto dialogorum.

August.
2. Cor. 12
1. Reg. 27.

Ex quo & hoc datur intelligi, huiusmo-
di animarū apparitiones, nō semper esse diabo-
licas illusiones, sicut docet Lutherus. Vnde Au-
gustinus libro de cura pro mortuis agenda, ca.
xv. dicit: Mitte ad viuos aliquos ex mortuis, si-
cut ecōtrario Paulus ex viuis in paradysum ra-
ptus est, diuina scriptura testatur. Nam Samuel
propheta defunctus viuo Sauli etiam regi futu-
ra prædixit, quamuis nonnulli non ipsum fuis-
se qui potuisset magicis artibus euocari, sed ali-
quem spiritum tam malis operibus congruen-
tem illius existiment similitudinem figurasse,
quum liber Ecclesiasticus, quem Iesus filius Sy-
rach scripsisse traditur, & propter eloquiorū
non nullam similitudinem Salomonis pronun-
ciatur, continet in laude patrum, q̄ Samuel et-
iam mortuus prophetauerit. Sed si huic libro ex
Hebræorū, quia in eo non est, canone contradi-
cit: quid de Mose dicturi sumus, qui certe &
in Deuteronomio mortuus, & in euāgelio cum
Elia qui mortuus nō est, legitur apparuisse vi-

Ecclesi. 46.

Deut. 34.

Matt. 17.

uentibus? Hæc Augusti. In Machabæorū quo
q; libris legimus Oniam summū sacerdotem
& Hieremiā prophetā aperuisse diu post mor
tem Iudæ Machabæo, cum iam initurus esset *2. Mach. 15*
plū aduersus Nicanorē q & dixerūt Macha
bæo: Accipe sc̄m gladiū munus a deo, in quo *Lucæ. 18.*
decipies aduersarios pp̄i mei Israel. Ch̄s sic
ut Luca narrāte cognoscim⁹, a mortuis resur
gēs, ianuis clausis venit ad discipulos suos, ste
titq; in medio eorū & dixit: Pax vobis. At illi
cōturbati & exterriti existimabāt se sp̄m vi
dere. Quod si sp̄s defunctorū nūq; deo permit
tente apparere possunt hoībus, vñ quæso hæc
spirituū opinio occupauerat aīos discipulorū?
Neq; tñ negauerim hisce apparitiōibus homi
nes sepe decipi pro meritis voluntatum suarū,
illudentibus atq; decipientibus eos præuarica
toribus angelis, quibus ista pars mūdi infima
secūdum pulcherrimum ordinem diuinæ pro
uidentiæ lege, subiecta est. Nam propter huius
modi illusiones diabolicas, qbus homines curi
osi implicantur, puto Iohannem nos præmonu
isse ne credamus facile omni sp̄ritui: sed pro
bemus eos ante an ex deo sint. Angelus em̄ sa
tanæ (vt Apostolus ait) transfigurat se in an
gelum lucis. De malis istis spiritibus desertori
bus angelis, quibus non vno modo sacrificā
tur, quō sint vitandi etiā si vera dicant, & quo
modo societas eorū formidanda sit, docet Au
gustinus lib. 2. de doctrina Christiana ca. 23. di
cens: Non enim quia imago Samuelis mortui
Sauli regi vera pronunciauit, propterea talia
sacrilegia, qbus imago illa præsentata est, mi
S

*1. Iohan. 4.**2. Cor. 11**August.**1. Reg. 28.**Actu. 16.*

S

nus execranda sunt; aut quia in Actibus apostolorum ventriloqua foemina verum testimonium perhibuit apostolis domini, ideo Paulus pepercit illi spiritui, ac non potius foeminam illius daemone correptione atque exclusionem induxit.

Eccles. xi.

¶ Qui purgatorium nobis tollunt, primo loco nobis opponere solent illud quod dicit Ecclesiastes: Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Quum itaque mors sit casus hominis, nullum locum dicunt esse medium inter coelum, in quo beati cum deo regnant, & infernum, in quo damnati scelestorum suorum supplicia expendunt. Quod si verum est, sublatum videtur esse purgatorium, quum sit necesse (ut dicunt) animam corpore solutam, mox vel in coelum recipi, vel in tartara detrudi. Nos scripturam non negamus, quod tamen, ut saepe dixi cum Hieronymo adversus Luciferianos, non consistit in legendo, sed in intelligendo. Quam ob rem si hic locus ex Ecclesiaste adductus, rite fuerit intellectus, nihil prorsus faciet contra nos. Nam quum dicit: Lignum in quocumque loco corruerit, ibi erit, nihil aliud significat, quam quod homo conditione mortalitatis per mortem corruens, decedat hinc vel in statum salutis, vel in statu damnationis, quia inter eos nullus alius est medius. Et quam diu homo hoc corruptibili corpore gravatus, hic vivit, oportet ipsum esse vel in gratia, hoc est, in statu salutis, aut extra gratiam, in statu damnationis. Qualis ergo quisque in morte inuentus fuerit, siue bonus & misericors, siue rigidus &

immisericors, talis iudicabitur. Sed eorum qui
saluantur & saluabuntur, nō est vnum genus,
sed magna est in morte ipsorū diuersitas. Qui-
dam em̄ in hac fragili vita ita gratia dei sub-
limati corroboratiq; sunt, vt absq; omni etiā
leuissima culpa & reatu pœnæ hanc lucem re-
linquentes statim perueniant, non vt poetæ fa-
bulantur, ad campos eliseos, sed ad angelorū
choros. Quod accidisse constat virgini matri
Mariæ dei genitrici, q̄ statim vt mortua est,
accepit regnū hæreditatis æternæ. Sunt & alij
iusti complures in gratia dei cōstituti, qui pro-
pter quotidiana ac venialia peccata, sine qui-
bus hæc vita transigi non potest, adhuc dicunt
cum apostolis, dimitte nobis debita nostra, de
quibus dicit Sapiēs: Septies in die cadit iustus,
& resurgit. Hoc dicit de ijs qui non mortali-
ter cadunt. Quod autem addit impij corrue-
re in malum, de ijs qui in mortalia crimina prola-
buntur, intelligendum est. Et propter quordia-
na ac minuta peccata, in qbus offendimus o-
mnes, Iohannes dicit: Si dixerimus quia pecca-
tum non habemus, ipsi nos seducimus, & ve-
ritas in nobis non est. Ergo quia & iusti ab his
minutis peccatis immunes esse in hac vita nō
possunt, moriētes in gratia & statu salutis, cū
reatu vel culpæ venialis, vel pœnæ mortalis
criminis, quam viuentes necdum exoluerunt,
mittūtur ad locū aliquē expiatiōis, quē purga-
toriū dicimus, vbi dāt pœnas pctorū suorū, vt
sic purgati sublato reatu, tādē digni habeant
p̄sentari cōspectui dei, & ingredi coelestē illā
gloriā, i quā nihil intrabit coingnatū. At impij

Matth. 6.

Lucæ. 11.

Prouc. 24.

Iacob. 4.

1. Ioh. 1.

Apoca. 22.

Vergilius
Mats. 22.

Eccēs. 11.

Hierony.

contra gratia vacui, in statu damnationis hinc decedentes, mox ligatis manibus & pedibus projiciuntur ad pallētes v̄mbras, iuxta poetā, erebi, noctemque profundam, hoc est, in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Quod quum ita sit, satis constat, inter statum salutis & damnationis, non dari statum mediū post hanc vitam. Dicit enim Sapiēs: In quocūque loco ceciderit lignum ibi erit, id est, homo per mortem cadens, si ceciderit ad austrum, id est, ad partem electorū, ibi erit & manebit; si autem ceciderit ad aquilonem, id est, ad partem reproborum & daminatorū, ibi manebit & perpetuo damnabitur, quia tertia via non datur. In hac vita enim tempus est merendi & seminandi, in alia vita colligendi. Vnde Sapiens præmittit dicens: Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Quod exponens Hieronymus dicit: Serua mādāta quæ tibi superius sunt præcepta, v̄t nubes super te effundant imbrem suum. Vbicūq; enim tibi locum præparaueris, futuramq; sedem, siue ad austrum siue ad boream, ibi quūti mortuus fueris, permanebis. Lignum igitur quod in hac vita corruerit, & conditione mortalitatis fuerit incisum, aut peccauit ante dum stare, et in boreæ parte postea ponitur, aut si dignos astro fructus attulit, in plaga iacebit australi. Nec est aliquod lignum, quod aut ad aquilonē non sit, aut ad austrum. Hæc Hieronymus. Dicimus ergo, q̄ animæ quæ ad purgatorij penas descendunt, ad australem plagam perueniunt, in qua etiam permanebunt, Verū quia ad

huc secum trahunt labem aliquam terrenā & fucum expiabilem ex contagione peccatorum, cadunt ad austrum, i. ad locum beatorum secundum quod illis competit, hoc est, secundum dispositionem & capacitatem eorum. Sunt enim in via qua sic itur ad astra, nec statim rapiuntur ad partem omnino beatorum cum Christo regnantium, propter quaedam obstacula, quibus expiari ois igne sublatis, patebit illis ianua regni coelestis. Proinde purgatorium, in quo hæc obstacula tolluntur, recte etiam australis plaga dicitur: non secus atque via quaedam ducens ad regnum coelorum, quod est plaga australis ut finis acterminus. Cur enim via ad austrum non posset dici australis ut a proprio termino, quoniam in ea non sint nisi quibus paratum est regnum coelorum a constitutione mundi, quod per austrum significatur? Hinc Augustinus in Enchirid. c. 108. dicit: Tempus quod inter hominis mortem & ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut vnaquæque digna est, vel requie vel ærumna, pro eo quod sortita est in carne quum viueret. Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, quoniam pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ in ecclesia fiunt. Sed eis hæc profunt, qui quum viuerent, ut hæc sibi postea prodesse possent, meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortem, nec tam malus, ut ei non prosint ista post mortem. Est vero talis in bono, ut ista non regravet: & est rursus talis in malo, ut nec his valeat quum hæc vita transierit, adiuuari.

August.

August:

¶ Sed quia in præcedentibus purgatoriū in Paulo & Machabæorū libris fundauimus, hæretici securim ponunt ad radicem, contendentes ex epistola Pauli ad Corinth. non posse probari purgatorium, hac ratione: Per ignem em illū, de quo loquitur Apostolus, transibunt ambo, tam is qui ædificat super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, q̄ ille qui ædificat super hoc fundamento, ligna, fœnum, stipulam. Vniuscuiusque enim, inquit Apostolus, opus quale sit, ignis probabit. Confirmatur hoc per Augustinum in Enchirid. ca. 67. dicentē: Ignis de quo locutus est eo loco apostolus Paulus, talis debet intelligi, vt ambo per eum transeant. i. qui ædificat supra hoc fundamentum, aurum, argentum, lapides p̄ciosos: & qui ædificat ligna, fœnum, stipulam. Non ergo vnius eorū, sed vtriusq̄ opus ignis probabit. Hactenus Augustinus. His verbis sublatūri putant purgatorium. Nam si opera sancta, q̄ auro cōparantur, post hanc vltimam etiam ignis probabit, qd̄ minuta (aiunt) peccata & quotidiana, purgatorio igni reseruamus? Verū non difficile fuerit erroneos homines super assertione veri conuincere. Et quia Augustini auctoritate sese tuetur, apertissime ex ijs Apostoli verbis purgatorium asserentis, videant etiam atque etiam quid sentiat Augustinus. Quum em dixisset, non vnius eorum, sed vtriusque opus ignis probabit, addidit: Est quidem ignis tentatio tribulationis, de quo aperte alio loco scriptum est: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tēratio tribulationis. Iste ignis in hac

Eccī. 17.

interim vita facit quod Apostolus dixit. Quod cum multis verbis & exemplis declarasset, addit dicens: Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile non est, & vtrum ita sit quæri potest. Et aut inueniri aut latere nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusue bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque saluari, non tamen tales de quibus dictum est, quod regnum dei non possidebunt, nisi conuenienter poenitentibus eadem crimina remittantur. Idem sentit Gregorius dicens: Si cuius opus arserit, ipse detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamē quasi per ignem. Quamuis hoc de igne tribulationis nobis in hac vita adhibito, possit intelligi, tamē si quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat pelandum sollicitus est, quia illum per ignem dixit posse saluari, nō q̄ super fundamentum hoc ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id est, peccata maiora, sed ligna, fœnum, stipulā, id est, peccata minuta, leuissima, quæ ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est, quia illic saltem de minimis nihil purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus, vt illic obtineat promereatur. Quomodo autem ignis & iustum & purgandum adhuc post mortem probabit hominē, docet Lactantius libro septimo diuinarum institutionū capite vigesimo primo, dicens: Sed & iustos quum iudicauerit DEVS, etiam igni eos examinabit. Tum quorum peccata vel pondere vel numero preualuerint, perstringentur igni atq; amburentur. Quos autē plena iustitia

Gregorius.

Lactantius.

& maturitas virtutis incoherit, ignem illū non sentient. Habent enim aliquid in se dei, quod vim flammæ repellat ac reſeiat. Tāta vis est innocentiae, ut ab ea ignis ille refugiat innoxius, qui accipit a deo hanc potestatem, ut impios vrar, iustis obtēperet. Huius sententiae etiā est Alcuinus lib. 3. de Tri. ca. 21. scribēs ad magnum illum Carol. Impera. Sancti, inquit, q sine omni peccatorū macula in corporibus suis resurgent, tanta facilitate illum peruolabunt ignem, quanta integritate fidei & dilectionis Christi, in hac vita custodierunt pręcepta, erit que illis ille ignis diei iudicij, sicut tribus pueris caminus Babylonicæ fornacis fuerat, q absque omni flammarum læsione in domini laudes omnium pulchritudinem creaturarum conuocabant. Lactantiū autem sententia est iustos simul atque impios eodem igni examinandos, ita tamen quod iusti ignem illum non sentient. Dicit enim tantam esse dei potestatem, ut etiā incorporalia comprehendat, & quēadmodum voluerit afficiat. Nā & dæmones reformidāt, quia torquentur ab eo & puniuntur, Quid ergo mirum, si quum sint immortales animæ, tamē patibiles sint deo? Deinde docet ignem, quo impij in eternum cruciabūtur, esse sempiternū eiusq; naturam diuersam esse ab hoc nro, quo ad vitæ necessaria utimur, qui nisi alicuius materię fomire alatur, extinguitur. At ille diuinus inquit, per se ipsum semper viuit, ac viget sine vllis alimētis, nec admixtum habet fumum sed est purus ac liquidus & in aquæ modū fluidus. Non enim vi aliqua sursum versus vrge

tur, sicut noster, quē labes terreni corporis quo tenetur & fumus intermixtus exilire cogit, & ad coelestem naturam cum trepidatione mobili subuolare. Idem igitur diuinus ignis vna eademque vi atque potentia & cremabit impios, & recreabit, & quārum e corporibus absumet tantum reponet, ac sibi ipse æternum pabulū subministrabit, quod poetæ in vulturem & Titium transtulerunt, ita sine vllō reuiscētium corporum detrimento aduret tantum, ac sensum doloris efficiet. Per hunc ignem dicit etiā iustos examinandos, ita ramen quod ab eo non lædentur, quia illum minime sentient.

¶ Verum quia iudicia dei sunt occulta & viæ eius inuestigabiles, in hisce rebus nolo facile precipitare sententiam. Dicam tantū quod manifestum est in hac re. Incipiam autem ab eo quod ante dixi, hoc est, ignem in scripturis atq; adeo in illis ipsis Apost. verbis de quibus nūc disputam⁹, nō semper idē significare, & q̄a metaphorice & proprie (vt dixi) non incōgrue accipi potest quod dicit APOSTOLVS sicut & in multis alijs locis. Sic in Deuteronomio Moyses dixit ad populum: Dominus deus tuus, ignis consumens est, deus æmulator. Quod etiam dicit Apostolus ad Hebræos: Etenim deus noster ignis consumens est. Et Malachias de domino dicit: Ipse quasi ignis conflās & purgabit filios Leui, purgationem peccatorum faciens, vt dicit Apostolus. Constat autē deum non esse proprie ignem, sed solum secundum quādam metaphoram, ob rigore diuini

Apoca. 22.

Deut. 4.

Heb. 12.

Mala. 3.

Heb. 1.

Eccl. 12.

August.

iudicij quo punit peccata. Internum ergo dei iudicium, idemque iustissimum, ignis metaphorice appellatur. Hoc iudicium principalis ac precipuus ignis est. per quem aurum, argentum & lapides preciosi, id est, opera que bona transibunt & probabuntur. Cuncta enim quae fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato, siue bonum sit siue malum. Ignis autem purgatorius est ignis corporeus proprie dictus. Quid autem Augustinus de hoc igne senserit, testatur lib. de vera & falsa poenitentia, quae a plerisque ascribitur, ubi dicit: Prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum conversionis. Hic autem ignis etsi aeternus non sit, miro tamen modo est grauis, excellit enim omnem poenam, quam unquam passus est homo in hac vita. Nunquam in carne tanta inuenta est poena, licet mirabilia passi sint martyres tormenta. Hic Augustinus ignem purgatorium dicit non esse aeternum. Sed quia hic liber a multis negatur esse Augustini non est animus hanc rem diligentius expendere. Hoc tamen certum est, hunc ignem corporeum esse afflictivum, & prioris ignis merum instrumentum, nempe qui alioqui nequaquam agere posset in spiritum. Per hunc ignem dum taxat opera mala transire debent, ut purgentur animae, minutis obnoxiae peccatis. Atque duo illi ignes, tanquam ordine quodam se consequentes, pene in unum rediguntur malorum operum purgamentum. Optima ergo quaeque opera prior ille ignis diuini iudicij, & probabit & approbabit. Quocirca de illo non incon-

uenienter illud Apostoli accipitur: Vnius cuius
que opus quale sit ignis probabit. De operibus
itaque optime factis, quæ ab igne diuini iudi-
cij ad alium ignem purgatorij non remittun-
tur purganda, accipi potest quod subiungit
APOSTOLVS dicens: Si cuius opus man-
serit, videlicet apud diuinum iudicium, vt
pote ad ignem purgatorij non consequenter re-
mittendum, mercedem accipiet, æternæ glo-
riæ absque vlla mora. Alia vero opera probat
quidem, verum non approbat ignis ille diuini
iudicij, quam ob causam & ea adiudicat igni
materiali ac corporeo, de quo recte intelligitur
quod Apostolus deinceps subnectit dicens: Si
cuius vero opus arserit, detrimentum patietur
quod sane de dilatione mercedis & ignis affli-
ctione molestiaq; intelligitur. Ipse autem sal-
uus erit, sic tamen quasi per ignem. Bona ergo
opera auro comparata probantur approban-
turq; per ignem diuini iudicij. Minuta vero pec-
cata, per lignum, fœnum, stipulam designata
igne materiali aut corporeo purgabuntur &
expiabuntur. Et tamē hi duo ignes dici possunt
vnus & idem ignis, quia alter alterius est instru-
mentum. Vbi autem vnum propter alterū est,
vnum tantum est, sicut dicit Philosophus.

¶ Sicut autem PAVLI verba inuerrere
atque significare quod ipsi volunt, conantur:
ita & Machabæorum libris pondus & autori-
tatem detrahunt, dicentes ipsos nō esse de cano

Hierony.

August.

ne, & propterea ad faciendam fidem purgato-
 rij nihil habere momenti. Sed qui hæc dicunt
 non a me, sed a beato Hieronymo accipiant re-
 sponsum, qui in prologo super libros Macha-
 bæorum dicit: Machabæorum libri licet non ha-
 beantur in canone Hebræorum, tamen ab ec-
 clesia inter diuinorum voluminum adnotan-
 tur historias. Huic sub scribit August. lib. 10.
 de ciuita. dei, ca. 36. Consulto autem, inquit, euan-
 gelio, Christum cognoscimus esse veritatem.
 Ab hoc enim tempore apud Iudæos restituto tem-
 plo non reges, sed principes fuerunt vsque ad
 Aristobulum, quorum supputatio temporum,
 non in scripturis sacris, quæ canonicè appellan-
 tur, sed in alijs inuenitur, in quibus sunt & Ma-
 chabæorum libri, quos non Iudæi, sed ecclesia
 pro canonicis habet propter quorundam mar-
 tyrum passiones vehementes atque mirabiles, quæ
 antequam Christus venisset in carnem, vsque
 ad mortem pro dei lege certauerunt, & mala
 grauissima atque horribilia pertulerunt. Idem ad
 fratres in eremo sermone 44. scribens, ait: De-
 functis cum omni diligentia misereri & sub-
 uenire studeamus, attendentes & quod Iudas Ma-
 chabæus fecerit. Dixit enim, quod sancta pro
 defunctis esset cogitatio exorare, ut a peccatis
 soluantur. Ora ergo pro defunctis, ut dum fue-
 rint in æterna vita, pro te orare non negligent.
 Expectant enim nos, ut iuuentur per nos. Tem-
 pus enim operandi, iam profugit ab eis. Ex his
 verbis perspicuum fit, eos Iudaizare, & ab ec-
 clesiæ vniione recedere, qui Machabæorum li-
 brorum contemnunt auctoritatem, qui quum si

ſi nolint eſſe eccleſiæ, ſpurij ſunt ſynagoga.
Miror autem qua fronte audent nobis oppone-
re id quod Apoſtolus dicit, omnes nos manife-
ſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat
vnuſquiſq; propria corporis prout geſſit, ſiue
bonum ſiue malum.

2. Cor. 5.

¶ Eadem quoque prudentia obijciunt illud
quod in Apocalypſi legimus: Iurauit angelus
per viuentem in ſecula ſeculorum, quia tem-
pus non erit amplius. Si hæc verba, inqui-
unt, vera ſunt, purgatorium eſſe non poteſt, quia
omne meritum in hac vita cõparatur, poſt hæc
autem vitam non erit tempus merendi. Quasi
vero tam inſipiẽtes eſſemus, vt animas in pur-
gatorio diceremus, adhuc aliquid promereri,
quod nemo vnquam ſanus ſomniauit. In hac
enim vita, ait Auguſtinus, omne meritum com-
paratur, quo poſſit poſt hanc vitam releuari
quiſpiam vel grauari. Nemo autem ſe ſperet
quod hic neglexit, quum obierit apud deũ pro-
mereri. Deinde præuenit ridiculam hereticorũ
obiectionem, dicens: Non igitur quæ pro defun-
ctis commendandis frequẽtat eccleſia, illi apo-
ſtolice ſunt aduerſa ſententiæ, qua dictum
eſt: Omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt
referat vnuſquiſq; ſecundum ea, quæ per cor-
pus geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Quia etiã
hoc meritum ſibi quiſq; quum in corpore vi-
ueret, comparauit, vt ei poſſent iſta prodeſſe.
Non enim omnibus proſunt. Et quare non omni-
bus proſunt, niſi propter differentiã vitæ, quã
quiſq; geſſit in corpore? Quum ergo ſacrificia
ſiue altaris, ſiue quarumcunq; eleemoſynarũ

Apo. 10.

Augu. En-
chi. c. 109.

pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis, gratiarum actiones sunt, pro non valde malis, propitiationes sunt, pro valde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunque tamen viutorum consolationes sunt. Quibus autem profunt, aut ad hoc profunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. Hæc Augustinus. Illud præterea considerandum est, quod satisfactio tunc proprie dicitur & locum habet, quando adest opus meritum. Quam ob rem poena quam patiuntur animæ in purgatorio, proprie non potest dici satisfactio, nisi extenso vocabulo ad solutionem poenæ debitæ, quam in purgatorio exoluunt. Intelligendum est ergo animas in purgatorio ea ratione satisfacere, quia debitas poenas luunt. Si defunctis non profunt suffragia et orationes viventium, stultus fuit beatus Ambrosius, qui Faustinum episcopum propter obitum germanæ acerbo dolore moerentem, etiam hoc modo consolatus est: Itaque, inquit, non tam deplorandam quam prosequendam orationibus reor. Nec moestificandam lachrymis tuis, sed magis oblationibus animam eius domino commendandam arbitror. At forte dolorem eius hisce verbis mitigare voluit. Videamus ergo quid ipse Ambrosius fecerit, an etiam orauerit pro defunctis. In oratione funebri, quam scripsit de obitu Valentiniani imperatoris sic habet. Nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione transcurreret. Omnibus vos oblationibus frequentabo. De

Amb. li. 2.
epist. ep. 8

Gratiano & Valentiniano loquitur, pro quibus & orauit & altaris sacrificiū obtulit Ambrosius, vt verba eius apertissime indicant. In oratione quam habuit de exitu Theodosij imperatoris quadragesima die obitus sui, Honorio principe filio eius assistente, manifestius adhuc loquitur. Verba eius hæc sunt. Eius principis & proxime conclamauius obitum, & nunc quadragesimum celebramus assistēte sacris altaribus Honorio principe. Quia sicut sanctus Ioseph patri suo Iacob quadraginta diebus humanationis officia detulit, ita & hic Theodosio patri iusta persoluit. Et quia alij tertium diem & trigesimum, alij septimum & quadragesimum obseruare consueverunt, quid doceat lectio, consideremus. Defuncto, inquit, Iacob præcepit Ioseph pueris sepultoribus, vt sepelirent eum. Et sepelierunt sepultores Israel, & repleti sunt ei quadraginta dies, sic enim dinumerantur dies sepulturæ. Et luxit eum Aegyptus septuaginta diebus. Hæc ergo sequenda solennitas, quam præscribit lectio. Sed etiam in Deuteronomio scriptum est, quia planxerunt filij Israel Moysen diebus triginta, & consummati sunt dies luctus. Vtraque ergo obseruatio habet auctoritatem, qua necessarium pietatis impletur officium. Deinde orationem pro Theodosio faciens, addit: Da requiem perfectam seruo tuo Theodosio, regem quam præparasti seruis tuis. Illo conuertat anima eius vnde descendit, vbi mortis aculeū

De trigesimo.

Gen. 50

Deut. 34

sentire non possit, ubi cognoscat mortem hanc non hominis finem esse, sed culpæ. Dilexi, & ideo prosequor eum vsq; ad regionem viuor, nec deseram donec fletu, precibus inducam virum, quo sua merita vocant in montem domini sanctum, ubi perennis vita, ubi corruptelæ nulla contagio. Quid quæso istis verbis posset dici manifestius? Non tatum orationes siue oblationes pro defunctis approbat, sed etiã trigefimi cuius obseruatio adhuc in vsu est, & q̃ dragesimi mysterium ex scripturis explicat. Nā purgatoriū fidem ex scripturis, hoc est, ex Paulo probat 1. Corint. 3 exponens Apostolū.

1. Cor. 7.

¶ Verum si recte diuino, subolet mihi quid respondebunt mihi hic Lutherani. Dicent Ambrosium cum toto patrum choro hominem fuisse, & ideo humanum passum ac subinde lapsum. Hoc enim modo excusare nititur impurus Lutherus beatum Hieronymum in expositione prioris epistolæ beati Pauli ad Corinthios, ubi diuersum sentit a Hieronymo, cuius errorem in seruanda virginitate pium esse dicit. Ego sicut non nego Ambrosium hominem fuisse, ita mihi persuadere non possum Lutherū angelum esse, nisi forte ex angelorum numero sit illor, qui cum Lucifero e cœlo ceciderunt. Angelus lucis esse non potest, qui in tantis ignorantiae tenebris versatur. Atq; vtinam homo esset, nūquam profecto hæreticorum veterum portenta olim sepulta amplecteretur. Ego magis pecudem esse reor, qui pecudum more docet homines lasciuire & viuere, qui non ratione regitur, sed hæreticorum monstra sequitur.

Beatus Augustinus libro de cura pro mortuis agēda, de sepeliēdis corporibus, apud memoriā sanctorum disputans, ait propterea sepulchra monumenta appellari, quod moneant mētem viuorum. Dū enim viuentes recolūt, vbi sint posita eorum quos diligunt mortuorum corpora, hoc adiūmēti mortui ex hoc accipiūt quod eis dē sctis illis tanq̃ patronis susceptos apud dominum adiuuandos orando cōmendēt quod quidem facere possent, etiam si talibus locis eos humare non possent. Et hoc non dubiū quin profit ijs, qui cum in corpore viuerent, talia sibi post hāc vitam prodesse meruerūt. Verum si non datur humari corpora in talibus locis, non sunt prętermittēdę supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana societate defunctis etiā tacitis nominibus quorumcunq; sub generali commemoratione suscepit ecclesia, vt quibus ad ista desunt parentes aut filij aut quicunq; cognati aut amici, ab vna eis exhibeatur pia matre communi. Quum ergo fidelis mater fidelis filij sui defuncti corpus desiderauit in basilicā martyris poni, si credidit eius animam meritis martyris adiuuari, hoc quod ita credidit, supplicatio quādam fuit & profuit. Tamen etiā si non possit vbi religiosus amicus elegit humare quem diligit, nullo modo debet a supplicationibus necessarijs in eius commendatione cessare. Vbi cunq; enim iaceat vel non iaceat defuncti caro, spiritui requies acquirenda est. Hic Augustinus nostros hęreticos perstringit, qui nec orant pro defunctis, nec mortuorū cor-

T

pora sepeliunt in templis sanctorum martyrum, sed potius sub patibulis & crucibus latronum ac furum, sibi ipsi furis agitati ecclesiasticas poenas hæreticis debitas, infligentes. Commu-
tauerunt enim veritatem in mendacium, ideo-
que tradidit eos deus in reprobum sensum, ut
contumelijs afficiant corpora sua, mercedem
erroris sui in corporibus proprijs etiã post mor-
tem recipientes. Non talis fuit Theodosius iu-
nior, Imperator fidelissimus, qui ossa Iohannis
Chrysostomi episcopi Constantinopolim in
regiam ciuitatem deduxit atq; in templo apo-
stolorum honorifice sepeliuit. Sed & fidelissimus
populus audiens episcopi sui adduci reliquias,
per pelagus quasi per terram currens, vndas
Bosphori lampadibus & cereis obuelauit.
Hunc ergo thesaurum in illa ciuitate recondi-
dit Imperator. Verum memor Christianissimus
Imperator quomodo sanctus antistes iussu pa-
tris sui Arcadij in exilium exactus fuisset, aui
sui Theodosij & vocabulum sortitus est, & pie-
tatem seruauit inuiolabilem. Is in eius locum
defigens oculos atq; frontem, pro Arcadio &
Eudoxia genitoribus supplicauit, ut ignoran-
ter delinquentibus veniam deus condonaret. Pri-
die enim mortui sunt eius parentes hunc orpha-
num relinquentes. Hæc Theodoretus, libro. X.
hist. eccl. tripart. ca. XXVI. Non orasset Impe-
rator pro parentibus suis defunctis, qui Chry-
sostomum quorundam episcoporum contentioni-
bus seducti, in exilium miserant, nisi aliquem
purgatiõis locum defunctis relictum credidisset.

¶ Et quia indulgentiæ valent ad remissio-

nem pœnæ, locus hic exigit, vt de ipsis non nihil dicamus. Principio ita q̄ sciendum est, thesaurum indulgentiarum pendere ac constare ex superabundantia meritorum passionumq̄ Christi & sanctorū. Quæ vt satisfactoria sunt non solum valent ad absolutionem ecclesiastici vinculi, quo pœnitēs adhuc obnoxius pœnē est a sacerdote sibi pro peccatis iniunctæ, verē etiam ad solutionem, condonationemq̄ pœnæ temporariæ, quæ secundum iusticiam diuinam actuali peccato debetur. Hæc omnia facile manifesta fiunt consideranti superabundans meritum Christi & sanctorū, & efficaciam passionis Christi, cuius vel vna sanguinis gutta satis fuisset ad redemptionē generis humani, quō tū ille sanguinem suum copiosissime fuderit, ad omnium hominum peccata tollenda. Vñ p̄

Ioh. 1.
cursor eius Iohānes baptista dixit: Ecce agnus dei, ecce q̄ tollit peccata mūdi. Hoc ipsum etiā testatur dilectus ille & p̄ cæteris magis dilectus Iesu discipulus Iohannes euāgelista dicens: Ad uocatum habemus apud patrem Iesum Ch̄m

1. Ioh. 2
iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis n̄ris nō pro n̄ris aut tantū, sed etiā totius mūdi. Iam satis constat non omnes saluari, sed admodum paucos. Numerus enim reproborum, & hædo

Matt. 2.
rum qui erunt a sinistris, quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, multo maior erit numero electorū & cōiū q̄ erūt a dextris, iuxta illud euangelicū: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Quia lata porta, & spatiosa via est q̄

Matt. 22.
Matt. 7.
ducit ad perditionē & multi sunt q̄ intrāt per eā Et angusta porta & arcta via est, quæ ducit

ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Quum ergo passio CHRISTI pro omnibus hominibus facta, tam paucis profit ad salutē sequitur infinitum adhuc thesaurū satisfactio- nis Chri in sacramentis superesse. Et si omnes homines huius mundi passionis Christi sese fa- cerēt participes & saluaretur, nullusq; periret adhuc in infinitū meritū passiōis Christi super abundaret. Sicut em̄ Christus passione sua (cu- ius virtus infinita est, & nequit exhaustiri) su- perabundanter satisfecit pro totius mundi de- lictis, ita etiā si plures essent mundi, & alij pec- catores in eis, sufficeret Chri satisfactio pro omnibus peccatoribus & peccatis eorum. Nec huic sententiæ obstat, quod Apostolus scribit ad Philippenses dicens: CHRISTVS cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, eē se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi no- men quod est super omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur, celestium, ter- restrium & infernorum, & omnis lingua con- fiteatur, quia dominus IESVS CHRIS- TVS in gloria est dei patris, quia & si ex his Apostoli verbis habeatur, meritū Christi quo ad seipsum esse remuneratum cumulatissime a deo, per gloriam corporis & exaltationem sui nominis, idem tamen Christi meritum quo ad nos non totum remuneratum est, sed indies re-

Phil. 2.

muneratur in electis, qui non nisi per meritū passionis Christi gratiam consequuntur & felicitatem æternam.

¶ Diximus autem indulgentias non solum ex superabundanti merito & passione Christi pēdere, sed etiam ex merito sanctorum & cruciatibus quos pertulerunt. Quod autem sancti superabundanter satisfecerint, et grauiora supplicia passi sint, quam peccata eorū exigebāt, ipse Iob patiētiae exemplum apertissime docet quum dicit: Vtinam appenderentur pēta mea, quibus irā merui, & calamitas quam patior instatera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Quibus quidem verbis plane perspicuū facit b. Iob se longe atrociora passum, quā peccatis suis demeruerat, nec se tantis flagellis dignum fuisse. Et quia non semper pro peccati mole & secundum delicti mensuram in sanctis fuit plagarum modus, sed abundanter passionēs excederunt peccata eorum, abundantiam & magnitudinem passionum sequitur abundans siue superabundās satisfactio peccatorū. Nec dubium est, multos sanctos martyres, & inter eos quosdam etiam (quātum humana fragilitas permittit) innocentissimos, immania pertulisse tormenta pro Christo, vt testatur Eusebius de multis in historia ecclesiastica, q̄ sub diuersorum tyrannorum persecutionibus per ignes, per bestiarū laniatū, imo per mille mortes ad CHRISTVM peruenērūt. Crudelis sane parricida Nero, auriga simul ac princeps, incendiarius & histrio, qui vt autor est Cornelius Tacitus Romanæ historiæ libro XV.

Iob. s.

Eusebius.

Corn. Tacitus

Christianos exquisitissimis poenis affecit. Et pereuntibus, inquit, addita sunt ludibria, ut ferarum tergis coniecti laniatu canum interirent aut crucibus affixi, aut flammandi, aut ubi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vrentur. Hanc inhumanam saevitiam, quam supra fidem exercuit in Christianos, Suetonius adeo illi vitio non vertit, ut etiam laudaret. Sed satis est hec attigisse. Si quis persecutores Christianorum immanes illas ac sanguinarias bestias cognoscere velit, legat Lactantium Firmianum diuinarum institutionum libro quarto. Eusebium quoque Caesariensem in historia Ecclesiastica, & beatum Cyprianum martyrem contra Demetrianum. Admoues, inquit Cyprianus, laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis visceribus, numerosa supplicia, nec feritas atque immanitas tua visitatis potest contenta esse tormentis, excogitat novas poenas ingeniosa crudelitas. Quae haec est insanabilis carnificinae rabies, quae inexplibilis libido saevitiae? Sancti ergo dei cultores, innoxii iusti, deo chari, domo privati sunt, patrimonio spoliati, catenis pressi, carcere inclusi, bestiis, ignibus, atque innumeris tormentorum generibus puniti, longe maiores dederunt poenas quam peccata eorum demeruerant. Et licet remunerati sint in coelis, etiam longe supra quam meruerunt in terris, ipsa tamen eadem opera quibus promeruerunt premium coeleste, ut sunt satisfactoria ipsis non supra quam meruerant remunerata sunt, quia omnino remunerari nequiverunt.

Suetonius.

Lactantius.

Eusebius.

Cyprianus.

runt. Liqueat ergo ex superabundanti merito passionis **CHRISTI** & sanctorum, quatenus ea quæ passi sunt satisfactoria & poenalia fuerunt, constare in ecclesia thesauri indulgentiarum.

¶ Nunc rationem satisfactionis expendamus oportet. Qui pro alio satisfacere vult, necesse est, ut dirigat intentionem suam ad alium pro quo satisfacit, ut illi hoc modo satisfactio ipsius accommodetur. Hoc autem modo constat **CHRISTVM** pro nobis satisfecisse, quod ex eo patet, quod iam morti vicinus dixit discipulis suis: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Sed & multis alijs sacre scripturæ locis hoc ipsum inuenimus, ubi legimus seipsum vel obtulisse hostiam pro peccatis nostris, vel passum pro nobis. At dicet quispiam, sanctos non ea intentione passos, ut vel pro nobis paterentur vel satisfacerent: sed tantum pro seipsis tantas ærumnas & diuersa poenarum genera pertulisse. Videamus ergo quid dicat Apostolus. Ego, inquit, Paulus factus sum minister euangelij, qui nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis. & adimpleo ea quæ de sunt passionum **CHRISTI**, in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Quæ sane Apostoli verba significare videtur ipsas passionem sanctorum speciali quadam prouidentia dei, quas pertulerunt in carne sua, cedere in emolumentum totius ecclesiæ, ipsasque adiungendas esse pressuris **CHRISTI**, pro corpore eius quod

Matt. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.

Ephe. 5.
Apoca. 1.

Coloss. 1.

est ecclesia, id est, ipsas pertinere ad communē ecclesiæ totius vtilitatē. Et sicut Apostolus dicit, se iuxta diuinam ordinationem adimplere ea quæ desunt passionum Christi in carne sua pro corpore eius, quod est ecclesia: ita etiam intelligere debemus calamitates ac pressuras & satisfactiones non euanescere, aut perire, sed etiam in nostram, hoc est, communem cedere ecclesiæ vtilitatem. Ipsi enim cum Apostolo adimplerunt suis cruciatibus ea quæ deerant passionum Christi pro corpore eius, quod est ecclesia: sicque ipsorum satisfactiones & passionem ad iunctæ sunt pressuris Christi. Nec tamen intelligendum est, Christi passionem aut satisfactionem fuisse imperfectam aut insufficientem, quod in cruce aceto accepto dixit, consummatum est: sed intelligendum est in corpore Christi mystico plures esse satisfactiones ad communem ecclesiæ vtilitatem, nempe Christi & sanctorum.

¶ Huius thesauri dispensatio ad prelatos ecclesiæ pertinet, & præcipue ad summum pontificem, qui totius ecclesiæ caput est, cui & Christus promisit clauēs regni cælorum. Vnde dicit Apostolus: Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Et iterum: Dispensatio mihi credita est. Item que: Cui donastis aliquid, & ego. Nam & ego quod donauī, si quid donauī, propter vos in persona Christi. Communis enim ecclesiæ thesauri dispensatio, ad eum principaliter pertinet, cui totius ecclesiæ cura commissā est. Quod vero indulgentiæ valeant non tantum ad remissionem poenæ in iudicio ecclesiastico, verū

Matt. 16
1. Cor. 4.

1. Cor. 9.
2. Cor. 2.

etiam apud iudicium diuinum, ex eo manifestum fit, quod tota ecclesia attestatur indulgentias succedere in locum operum poenitentiae, siue hoc fiat secundum canones poenitentiales, siue secundum arbitrium confessoris. Effectus ergo siue fructus indulgentiarum non est alius, quam satisfactionis, quae fit per opera poenitentiae & per sacerdotem alicui in sacramento poenitentiae iniungitur & praecipitur. Quum itaque per iniunctam satisfactionem quam poenitens vere exequitur, solvatur & auferatur poena temporalis actuali peccato apud iustitiam diuinam debita, consequens est, per indulgentias veluti satisfactorias poenas (tantum enim valent modo digne ac recte administrantur & acquirantur) tantundem remitti poenae temporalis apud iustitiam diuinam, quantum apud eam indulgentiae ipsae, quas quis accipit, valent. De hoc indulgentiarum thesauro, qui ex superabundanti merito Christi & sanctorum promanat, Clemens sextus multa scribit, & post disputationem meriti Christi & sanctorum, ex quo ceu fonte indulgentiae hauriuntur, etiam hoc addit: Thesaurum indulgentiarum per beatum Petrum coeli clauigerum eiusque successores suos in terris vicarios commisit fidelibus dispensandum, & proprijs rationabilibusque causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione poenae temporalis pro peccatis debite, tam generaliter quam specialiter, prout cum deo expedire cognoscerent, vere poenitentibus & confessis misericorditer applicandum: ad cuius quidem thesauri cumulum beatæ dei

Clemens 6.
in extra.
de poen. &
re.

T 4

genitricis & omnium electorum merita admi-
niculum præstare noscuntur. Hanc extraua-
gantem Lutherus impiam vocat, ea (opinor)
ratione, quod sanctissimis eius dogmatibus ad-
uersetur. Eadem opera & ratione cum Monta-
no & Manicheo negabit & reiiciet Acta apo-
stolorum, ubi aduentus spiritus sancti in disci-
pulos completus describitur, quod illi negant.
Familiare est omnibus hæreticis negare quic-
quid aduersatur.

¶ Quod autem indulgentiarum in purga-
torio animæ capaces sint, illisq; profint, uni-
uersalis ecclesiæ fides testatur, quæ non ha-
bet aliquam rationem, ob quam communia
CHRISTI sanctorumq; merita & passio-
nes siue satisfactiones possint impartiri viuen-
tibus, & non item vita functis in purgatorio,
qui licet in charitate decesserint, non tamen pa-
ret illis ianua regni cœlestis propter impedimē-
ta, quæ necdū sunt sublata. Sunt em̄ animæ in
purgatorio mediæ inter valde malos & val-
de bonos, quibus secundum Augustini doctri-
nā ecclesiæ profunt suffragia, & maxime eorū
animæ, qui in hac vita constituti meruerunt,
vt indulgentijs & alijs bonis operibus illic iu-
uari possint. Nam si qui hinc decedentes id nō
meruerūt, vel quia hic defunctos obliuioni de-
derūt, vel pro p̄ctis proprijs satisfacere negle-
xerunt, vel indulgentias promereri nō curaue-
runt, dubiū profecto est, an cōes ecclesiæ p̄ces
& indulgentiæ ipsis possint prodesse, licet mul-
ta bona opera & preces multę pro ipsis fiant.
Tantus sane est diuinæ iustitiæ rigor & æq̄tas,

ut eiuscemodi cordis duritiā negligētiāq; non
 sinat inultā, nec in alia vita patietur resarciri,
 quod hic quodāmodo studiose neglectū est. Cæte-
 ri autē q; indulgētiās nō tm floccifaciūt, sed &
 ridēt & cōtēnunt, indulgētiāq; neq; hic neq; in
 futuro vllū sentiēt emolumentū: sed erit illis fa-
 cilis descēsus auerni, qbus etiā nū, iuxta eundē
 poetā, noctes atq; dies pateratri ianua diris. Iā
 em q; non credunt, iudicati sunt, & in iudicio
 fors eorū erit cū impijs. Nemo ergo hic negli-
 gat salutē suā, sed operemur hic bonū instāter,
 dū tps habemus. Hunc preciosissimū indulgē-
 tiarum thesaurum nō vilipendamus, in hac vi-
 ta, ne illum in alia frustra quæramus, & inanē
 & seram pœnitentiā cum dā natis agamus.

Vergilius.

Iohan. 3.

¶ Oblatrant nobis rabido ore hæretici, con-
 tendentes thesaurum indulgentiarum non pro-
 manare ex superabundanti merito passionēq;
 Christi & sanctorum. Meritum Christi infini-
 tum esse fatentur & ipsi, cuius participes effi-
 cimur per sacramenta ecclesiæ: sed negant in-
 dulgentiās dependere ex meritis sanctorum, q;
 finita sunt, & cumulatissime remunerata. Ne-
 mo enim est, cui non cumulatiū præmium in
 coelis deus largiatur, quā hic in terris ipse me-
 ruerit, iuxta illud Apostoli, Non sunt condignę
 passionēs huius temporis ad superuēturam glo-
 riam, quæ reuelabitur in nobis. Si ergo sancti
 in cœlo longe supra quam meruerunt, remune-
 rantur, vnde nobis ex eorum pressuris indul-
 gentiarum thesaurus? Ergo nec ex meritis
 sanctorum, quæ finita sunt, nec ex merito
 CHRISTI, quod licet sit infinitum,

Rom. 8.

Iob. 15.
Prov. 17.
Iob. 38.

Rom. 6.

nobis tamen non videtur impendi nisi per sacramenta, indulgentiarum thesaurus manare videtur. Vtinam, sicut ait quidam sanctorum, tacerent ut sapientes esse putarentur. Stultus enim sitacuerit, sapiens reputabitur. Nunc Pisoniano vitio laborantes haeretici quum loqui nesciant, tacere non possunt, inuoluuntque sententias sermonibus imperitis. Discant ergo quid sit meritum & satisfactio, & quid intersit inter ea, neque enim paruo discrimine distant. Sed a merito Christi incipiamus, quod infinitum esse cum ipsis fatemur, non tamen totum infinitum nobis impartitur, sed pro cuiusque capacitate aliqua eius portio secundum mensuram donationis Christi singulis impenditur. Non enim infinitum a finito exauriri potest, accommodaturque nobis virtute sacramentorum, sicut ut dicit Apostolus: Quicumque baptizati estis in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati estis, sed non per sacramenta tantum. Dicimus enim, quod Christi sanctorumque merita etiam nobis accommodantur absque sacramentis per indulgentias. Nec obstant verba Apostoli dicentis, non esse condignas passionibus huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Apostolus enim nihil aliud dicit, nisi sanctorum merita cumulatissimo premio remuneranda, quod verissimum est. Nam pro omnibus cruciatibus, quos pro Christo sancti perpeSSI sunt in hoc seculo, longe maius praemium a deo acceperunt in caelo, & multo maiorem mercedem quam omnibus aerumnis quas pertulerunt, meruerunt. Hoc est quod alij dicunt

merita sanctorum vltra condignum remunerari. Præmium enim in infinitum exuperat meritum finitum. Sed oculatissimi illi homines nolunt videre idem opus esse & meritorium & satisfactoriū. Sanctorum ergo merita & bona opera cumulatissimo præmio remunerata sunt. Atqui eadem opera etiam satisfactoria fuerunt & poenæ peccatis debitæ, a quibus quia sancti fuerunt immunes, longe grauiores ærūnas & cruciatus tolerarunt, quam peccata eorum exigebant. Inde sequitur, vt ipsa opera quibus cælum promeruerunt, vt fuerunt satisfactoria, nō esse ipsis remunerata nec remunerari potuerunt quia tot vitijs & peccatis obnoxij non fuerunt. Ne ergo satisfactiones sanctorum pereant, deus eas vertit in nostrum bonum, ita vt satisfactionis fructus, quo sancti non indigent, in communem cedat totius ecclesiæ vtilitatem, & communis ecclesiæ thesaurus iam dicatur.

¶ Hæretici quod huius rei caput est (vt dixi) nolunt intelligere, hoc est, idem opus, ex charitate procedens simul esse meritorium & satisfactorium, ita vt quis eodem actu sibi mereri possit, & nihilominus pro altero satisfacere absq; sui præmij quantulacunq; iactura. Et vt hæc res magis fiat perspicua, exempla subiiciam. Ieiunium constat esse opus bonū, sed poenale siue hñs poenā annexā, propter quā nōnulli etiā illud vel dānant, vel exhorrent, aut certe minus appetunt. Ieiuniū ergo vt est opus bonū est meritorium: vt aut poenale & corpori molestū, satisfactoriū est. Nunc deinceps videamus qd intersit inter meritū et satisfactionē. Multū

Iohan. 1.

1. Cor. 1.

Philip. 2.

Rom. 3.

em distant. Meritum em vnius hois apud eum manet q meretur, siue cuius e, & no transit ad alium, qa personam eius q meretur, non excedit, solo Chro excepto, q & sibi & nobis non par promeruit. Nemo aut hoim alij mereri potest beatitudinem æternam, sed tm sibi soli: pter solum Christum, q quum sit fons & caput gratiæ, ex cuius plenitudine ceu vberissimo fonte omnes capiunt gratiam, haud dubie meruit electis suis, vnde meritum Christi infinitum est, & per sacramentorū participationem nobis cōmunicatur, & saluos nos facit: aliorum hoim a Christo meritum non item. Recte ergo Paulus Corinthijs scribens dixit: Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? At satisfacere quis potest pro quouis altero, absq vilo sui premij dispendio. Hunc in modum vnus pro alio satisfacit vel orando, vel ieiunando, vel elemosynis operando, cui tm nihil proprij meriti deperit. Christi ergo opera simul erant meritoria & satisfactoria. Nam & sibi & nobis meruit. Sibi quidem, quia per humilitatem passionis gloriā meruit resurrectionis. Non em pro nobis sanguinem fundendo, suæ passionis præmio frustratus est. Nam qa humiliavit semetipsum, factus obediens vsq ad mortem, mortem aut crucis. Propter quod & deus exaltauit illū, & donauit illi nomē, quod est super omne nomē. Nobis quoq meruit grām & gloriā, de quo dicit Apostolo. Qm si vnus delicto mortui multi sunt, multo magis grā dei & donū in grā vnus hominis Iesu Chri in plures abundauit. Et iteq:

Igitur sicut per vnius delictū in oēs hoīes in cō-
 demnationē, sic & per vnius iustitiā in oēs ho-
 mines in iustificationem vitæ. Fuerūt etiā ope-
 ra eius satisfactoria, qm̄ satisfecit, nō qdē pro
 suis peccatis, q p̄ctm̄ non fecit, nec inuētus est
 dolus in ore eius, sed pro nostris delictis. Ipse,
 inquit propheta, vulneratus est propter iniqui- *Esai. 53*
 tates nostras, attritus est propter scelera nostra,
 cuius liuore sanati sumus. Oēs nos quasi oues
 errauimus, vnusquisq; in viam suam declina-
 uit, & posuit dñs in eo iniquitatē oīm nostrū.
 Apostolus quoq; ait: Ch̄us tradidit semetip̄m
 pro nobis oblationem & hostiā deo in odorem *Ephe. 5.*
 suauitatis. Et apostolus Petrus: Peccata nostra
 ipse pertulit in corpore suo super lignū, vt pec- *1. Petr. 2.*
 catis mortui, iustitiā viuamus, cuius liuore sa-
 nati sumus. Hoc est quod Iohannes dicit: Ipse
 est propitiatio pro p̄ctis nostris, nō pro nostris *1. Iohā. 2.*
 autētm̄, sed etiam pro totius mundi. Christi er-
 go opera & meritoria fuerūt & satisfactoria.
 Sed quia ipse satisfactionis suæ fructu nō egu-
 it, emolumentū eius totū ad nos peruenit, nō tñ
 totū a nobis (quū sit infinitum) exhauriri pōt,
 sed vnicuiq; secundū suā capacitātē imparti-
 tur, vt ca. p̄ce. de merito quoq; Ch̄i diximus.
 Eodē mō sentiēdū est & iudicādū de operibus
 & passionibus sc̄tōr, quorū opera vt erāt me-
 ritoria, lōge supra q̄ promeruerūt, ipsis in cœ-
 lo remunerata sunt, q̄a vt ait Apost. non sunt *Roma. 8.*
 cōdignę passiōes huius tēporis ad futurā gloriā.
 Vt autē fuerūt satisfactoria & pœnalia, nō sūt
 satis remunerata, nec hoc mō ip̄is remunerari
 potuerūt, q̄a nōnulli oī neuo & labe p̄cti caru-
 erūt, sicut gloriosa dei genitrix Maria, q̄ tñ in

Marc. 8

numeras perpeſſa eſt moleſtias: & Iohānes ba-
ptiſta, qui propter veritatem ſub Herode mar-
tyrj etiam coronam adeptus eſt. Alij aut, hoc
eſt, apoſtoli, martyres, conſeſſores, virgines, de-
niq; iuſti omnes ad vitā prędeſtinati, licet pec-
catores fuerint: longe tamē duriora ſupplicia
gravioreſq; ærumnas pertulerunt, quam pec-
catis ſuis demeruerant, ita quod pœnā quā tole-
rarunt, non reſponderit culpæ, ſed longe ſupra
culpam puniti ſint & ſatiſfecerint. Quid enim
aliud ſunt opera ſatiſfactoria & afflictiua aut
pœnalia, q̃ pœnæ peccatis debita? Quod ſi ve-
rum eſt, conſtat paſſiones & opera ſanctorū,
vel qui omnino a peccatis fuere immunes, vel
qui plus ſatiſfecerunt aut paſſi ſunt, quam pec-
catis ſuis demeruerāt, nequaquam poſſe remu-
nerari, vt opera illa ſunt ſatiſfactoria. Illorum
ergo abundantia, noſtram ſupplet inopiam, et
ex Chriſti ſanctorūq; perpeſſionibus abun-
de reſarcitur, quicquid nobis ex iuſta pœnæ to-
lerantia deſuerit. Hoc autem ſit per conceſſio-
nem indulgentiarū. Licet itaq; ſanctorū paſſio-
nes & opera, vt ſatiſfactoria plene remunera-
ta non ſint, nec ipsis remunerari poſſint, in his
tamen quibus accommodātur per indulgenti-
as, remunerari poſſunt & remunerātur. Quod
etiam cedit ad maximam gloriam ſanctorū.
Multa paſſus eſt (vt exempli gratia dicā) bea-
tus Laurentius, qui tyrannum leone crudelio-
rem, cratem ferream atq; adeo ipſum ignē in-
concuſſa fide ſuperavit. Non puto ſanctū mar-
tyrem tam trīſti ſupplicio fuiſſe dignum. Vbi
ergo manet fructus tantarum pœnarū & ſatiſ-

factionis quo ipse nō eget? Applicatur nobis, ut inde rependatur, & sumatur veluti ex thesauro quodam, quicquid nobis peccatoribus, multis pœnis & satisfactionibus obnoxiijs, ex iusta satisfactione defuerit. Quod quum sit, an non beatus martyr qui nos diligit, & nobis ex animo bene cupit, gaudio quodam accidentali perfunderetur in cœlo, videns satisfactionem suam in nostrum commodum cedere, & nostras pœnas diminui per suas? Sanctorum ergo opera quatenus sunt satisfactoria & pœnalia, remunerantur ipsis in ijs, quibus per indulgentiarum cōdonationem impenduntur. Qui enim nullum malum relinquit inultum, nullum bonum sinit irremuneratum.

Verum aduersus ista videtur pugnare, quod Christus dicit in euangelio: Quum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicitis serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Inutilis autē seruus nihil supererogat. Si ergo nullo sanctorum quippiam supererogauit, vñ promanabit indulgentiarum thesaurus, ex quo accipiendum esse dicimus, quod peccatoribus loco satisfactionis possit impedi? Nos supraquā de operibus bonis ageremus, hæc verba Christi satis (ut arbitror) expēdimus: vbi etiam diximus seruū adimplentem oīa p̄cepta dñi propterea nihil supererogare, quia facit quod debet. Vñ inutilis dicitur suo dño, cui nihil emolumenti ex serui sui operibus accrescere pōt. Quot autem milia sanctorum fuisse putamus, q̄ nō solum p̄cepta Christi adimplerūt, verē etiā

Lucæ. 17.

V

cōsilia euāgelica obseruarunt & multa supererogarunt, qui horribilia sustinuerunt tormenta, & vsque ad mortem certauerunt pro iustitia, multo plus satisfaciētes quam debuerant pro peccatis suis. Hanc autem abundātem satisfactionem subinde ad thesaurum indulgentiarum pertinere diximus. Quod autem conatur docere, sanctos non eo animo passos, ut nobis earum passio possit prodesse aut accommodari, falsum est, nec verba Christi ipsis quicquid patrocinantur. Sed dicunt: In sapientibus virginibus oleum petentibus, quarum lampades erant extinctæ, responderunt prudentes dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis. Ecce sapientes virginēs noluerunt dare insipientibus de oleo suo, timētes ne ipsis deficeret. Ex quo apparet sanctos nobis nolle communicare merita sua. Discant ergo verba Christi intelligere, & videbunt ea nihil contra indulgentias facere. Nisi enim & ipsi hoc oleum charitatis habuerint, in extremo iudicio frustra cū insipientibus virginibus mendicabunt. Hinc

Matt. 25.

Hierony.

Hiere. 7.

August.
Grego.

Hieronymus dicit, prudentes virginēs nō hoc de avaritia, sed de timore respondisse. Vnde quisque de suis operibus mercedem accipiet, neque possunt in die iudicii aliorum virtutes, aliorum vitia subleuare. Et quomodo tempore Babylonicæ captiuitatis Hieremias peccatores iuuare non potuit, & dicitur ad eum, ne oraueris pro populo isto: sic formidolosa erit illa dies, quum vnusquisque pro semetipso sollicitus erit. Hoc modo etiam Augustinus hunc locum explicat, quem secutus beatus Grego-

pius dicit: Quid est autem, quod tunc a prudentibus oleum petunt, nisi quod in aduentu iudicis, quum se intus vacuas inuenerint, testimonium foris quærunt? Sed prudentes virgines respondent dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis. In illo enim die (quod tamē de quibusdam in pace ecclesiæ quiescentibus loquor) sibi metipsi testimonium vniuscuiusque vix sufficit, quanto minus sibi & proximo? Vnde Chrysostomus dicit: Ibi nullus nos, **Chrysost.** qui opera perdidimus, defendere poterit, non quia nollit, sed quia non potest. Videmus enim prudentes ad impossibilitatem cōfugere, quod & ABRAHAM ille denotauit, dicens: Magnus inter nos atq; vos hiatus existit, ad- **Luc. 16.** eo vt nec volentes pertransire transire possint. Hic igitur oleum colligendum est, vt ibi quum tempus fuerit, paratum nobis adsit. Non enim illud tempus, sed hoc congregationis est. Ex his satis perspicuum fit, verba CHRISTI quibus docet omne meritum hic comparandum esse, non obitare indulgentijs, quas fatemur non posse prodesse fatuis virginibus aut quibuscunque damnatis. Si sancti non ea intentione passi sunt, vt illorum passio nobis possit prodesse, quid respondebunt Apostolo dicenti: Ego autem libentissime impendam, & superimpēdar ego ipse pro animabus vestris? **2. Cor. 12.** Et iterum: Optabā ego ipse anathema eē a Chro pro fratribus meis secundū carnē, q sunt Israeli **Rom. 9.** **1. Ioh. 1.** **Iohan. 10.** Et Iohānes dicit: Si Chrs aīam suā pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus aīas ponere. Bonus enim pastor animā suam ponit pro ouibus suis. Sic Moyse pro alijs satisf-

Exod. 32.
Num. 26.

fecit, quando tam instanter orauit, vt aut ipse de libro vitæ deleteretur, aut populo noxa remitteretur. Aaron quoque quum obtulisset thymiama, & deprecatus fuisset pro populo, cessauit plaga. Huius generis exēpla se xēta facile possent inueniri in scripturis diuinis.

Matt. 20.

¶ Simili modo errant, quum dicunt, hanc potestatem concedendi indulgentias, quas etiam animabus in purgatorio existentibus cōicamus & impendimus, non haberi ex scripturis. Nā superius hoc mendacium confutauimus & scripturis & virtute clauium, quæ Petro a Christo collatæ, diuersis modis regnum coelorum aperiant viuis & defunctis Christi membris. Nō enim frustra Petro creditur dixisse Christus: Quodcūq; solueris super terram, erit solutum & in coelis. Verum hic doctissimi illi mentienti artifices rimam elabendi inueniunt, verba Christi in nos retorquentes. Dicunt enim Petro datam potestatem non nisi super terram, dicente Christo: Quodcūq; solueris vel ligaueris super terram, ergo per indulgentias non potest summus pontifex cōdonare aut tollere pœnas purgatorias, quum animæ in purgatorio non sint super terram, sed magis sub terra. Nos dicimus, quod indulgentiæ quas summus pontifex impendit tam defunctis, hoc est, animabus in purgatorio, quam viuis, vtrisque prosunt, sed diuersis vijs & modis, defunctis & viuis accommodantur. Vuentibus enim eas impendit per modum absolutionis, vt patet, extra. de pœ. & re. ca. Quod autem, Si hoc modo sum-

mus pontifex liberare posset animas e purgatorio, posset omnes liberare & purgatorium euacuare, quod nos non dicimus. Est adhuc alius modus, per quem summus pontifex indulgentiarum defunctos in purgatorio facit participes, qui fit nō per modum absolutionis, sed suffragij in remissionem pœnarum suarum. Aliud est enim absolvere animas, aliud dispensare thesaurum Christi & sanctorum pro illis, vt per modum orationis & suffragij Christi sanctorumque merita illis prosint, & a pœna liberentur. Quod quidem quum facit summus pontifex, non excedit fines iurisdictionis suæ, quia non absoluit animas subtus terram. Sed hic finem faciemus tractandi de indulgentijs, quas vniuersa ecclesia recipit & credit, quæ approbatæ sunt per concilia generalia ecclesiam repræsentantia, quibus merito fides adhibenda est. Nam sacrum concilium Lateranense, sub INNOCENTIO tertio approbavit indulgentias, cuius concilij decreta & Innocentius quartus quantum ad indulgentias spectant, palam approbavit.

DE SACRAMENTO
eucharistiæ, siue corporis Christi.
Caput V.



VIA hæretici tam missam, quam venerabile sacramentum corporis CHRISTI, ostentui habent, stat sententia & missam & eucharistiam si-